cinamomi nardi ana ℥ ii. ʒ i s. ^ spice nardi sinonii suriaci ana ℥
ii. castorei ℥ i s. reupontici
℥ i ʒ i. trocisci croci magnetis
assari ana ℥ i. piperis albi ℥
ii s. trocisci ydiocri ℥ s. amomi
piperis longi ana ℥ i. Alii ap-
ponunt croci ℥ ii ʒ ii. meu
yreos ana ℥ i. cassiefistule ℥
ii. mellis quod sufficit, datur
in modum avellane cum vino
vel aqua calida,

Stefanaria mirabiliter
facit ad eos qui ci-
bum continere non
possunt, et ad sclirosim et ad
lateris dolorem proficit
qui sanguinis fluxum superius
et inferius patiuntur cum
decoctione iuiube vel plan-
taginis audacter datur, quia
enim ad hoc expertum. Rx
absinthii dauci ana ℥ iii.
storacis mirre opii croci ance
ana ℥ iii. cinamomi castorei
ana ℥ ii. mellis quod sufficit,
datur mane, vel vespere in
modum fabe egyptiace cum
aqua tepida

+ iniube.

Stomaticon frigidum.
Valet contra omnem
calorem sitim reprimit,
patientibus debilitate ex nimio
calore potenter subvenit
acutis et pacitis mirifice
prodest. Rx zuchari lb. iii.
sandali albi et rubei ana ℥
iii s. spodii berberis seminis
portulace sceriole lactuce
seris melonis palestini succi
liquiritie rosarum violarum
nenufaris ana ℥ iii. Confectio
sic. Supradictum zucharum
ponatur in stagnato cum lb.
i. aque rosate et tamdiu bu-
liat agitando cum spatula
donec ad consumptionem
pervenerit, deinde pulvis super-
dictarum specierum bene cribratis
admisceantur cum spatula
agitando. Cum autem pro-
bare volueris utrum sit coctum,
supra marmor gutta eiciatur,
que si cito coagulatur coctum
est, sit autem marmor unctum
oleo violato, cum vero coctum
fuerit ponatur supra mar-
mor, et cum cultello oleo iuncto
frustatim incidatur cum calidum est,

/datur mane / et meridie cum frigida /

Stomaticum calidum stomacum confortat, virtutem digestivam adiuvat: et ulosis confert. ℞ zuchari lb. ii. aq lb. ii. cinamomi ʒʒ. ani. ʒ. iiii. gariofilorum galange ani. ʒ. ii. nucis muscate spice ligni aloes cardamomi macis ani. ʒ. i. / Eodemmodo conficitur sicut stomaticum frigidum / Et si laxativum facere volueris de supradictis speciebus supponatur in una quaque lb. ʒ. s. scamonee trite / datur mane cum calida propter ...

Sal sacerdotale quo utebantur sacerdotes in diebus helie prophete / pro dolore capitis et caliginem oculorum et dentium dolorem / fla capitis stomaci et tussim et anelitum emendat / bonum odoratum reddit / et corpus humanum incolumen facit. ℞ salis com. ʒ. xvi. cinamomi ʒ. iiii. ʒʒ. amosi piretri cimini amei piperis sileris timbre / ysopi / origani pulegii ani. ʒ. i. hec omnia terantur in subtilissimum pulverem. et in omni cibo utere / et usui re ...

Sirupus rosaceus sic fit. ℞ rosas recentes / et pone in vase per se et supsparge aquam fervententem / et cohoperi vas / ne fumus exeat inde / et cum infrigidata est aqua / eice rosas exprimendo / deinde aquam eandem bulientem / sup alias rosas recentes / iterum proiice / et supradicto modo facimus mutando rosas tamdiu donec ipsa aqua sit rubea / deinde in tribus libras aque huius libras. iiii. zucari. pone / et cum bullire inceperit / album ovi cum aqua frigida pone et concutias tantum quousque spumescat / et spumam illam in syrupum bulientem supaspege. et cum nigrescerit spuma tempestive suaviter cum catia removeas / et iterum aliam spumam infunde et supradicto modo fit quousque clarius fiat syrupus /

Signum decoctionis syr. est quando gutta adheret catie / vel quando filum facit / vel gutta apposita supra marmore vel supra unguem non diffunditur coctum est. Valet calori et sitienti febrium sitim reprimit / confortat et constipat

Sirupus violatus eodem modo fit / qui multum valet febricitantibus ptisicis et constipatis ventrem ... laxat. Et ut breviter dicam omnes illi qui fiunt de floribus / ut syrupus nenufarinus. / valet iste syrupus maxime in acutis et ... et provocat sompnum. Sumatur cum frigida /

Sirupus contra pleuresim et piplemoniam / ptisic. et ethicis / sic fit. ℞ aq lb. iiii. et ponatur ibi. ʒ. ... viol. liquiritie papaveris albi. ʒ. s. se. citoniorum malve

seis medulle bombacis se-
melonis citruli cucumeris
et cucurbite mundatorum
seis portulace dragagantum
gummi arabici an. ʒ. iii. omnia
ista in aqua vel in sacculo
bene trita ponatur, et sacculus
in predicta aqua ponatur.
et bulliat ad medietatem.
Et sacculo abstracto ab a-
qua, zuchari lb. ii. appo-
natur, et fiat syrupus, et
clarificetur ut supra do-
cuimus, detur mane et me-
ridie cum tepida,

Syrupus contra acutas
et pacutas passiones,
℞ succi portulace
lb. i. seminis melonis, citruli
cucumeris cucurbite an.
ʒ. i. capillorum veneris
epatice politrici adiantos
ceterach an. ʒ. i. In ista a-
qua, vel succo predicto fac
bullire liquiricie mundate
dragaganti viole an. ʒ. i.
prunorum numero v. sempervive
ʒ. i. aque lb. x. bulliat ad
medietatem aque. postea co-
letur, et in colatura addi-
tur lb. i. zuchari, et fiat
syrupus ut diximus, cla-
rificetur ut supra diximus.
Deinde psilium et semen ci-
toniorum an. ʒ. i. in sacculo
mitte, et sandali albi et
rubei spodii berberis ros.
portulace lactuce scariole
an. ʒ. s. horum pulveres in
sacculo bullire facias, et ibidem
reubarbari pulverizati ʒ. i.
similiter in sacculo bulliat usque
ad decoctionem. datur contra

acutas et pacutas sine apo-
stemate cum aqua frigida,

Syrupus contra omnem
ventris solutionem ℞
zucari lb. i. aque ro.
vel pluvialis lb. i. s. et in
aqua ista ponatur mirtinum
ʒ. i. ro. sumach acatie ba-
laustie spodii ypoquistidos
an. ʒ. i. s. sorbarum inmaturarum
. x. nespularum viridium. v.
cornarum vel prunorum inma-
turorum. x. dragagantum liq-
uirice gummi arabici an. ʒ. s.
que sunt teranda terantur,
et bulliant in supradicta
aqua donec ad quantitatem
unius libre deveniant, et
colature apponatur zucari
predictum, et fiat syrupus.
et clarificetur ut diximus.

Syrupus restaurativus.
valet ad restauratio-
nem humiditatis et
etiam ptisicis et consumptis.
℞ seminis melonis citruli cu-
cumeris et cucurbite an. ʒ. iii.
dragaganti liquiricie gummi
arabici succi liquiricie ordei
seminis lini amigdalarum
altee spodii passularum
papaveris albi lactuce por-
tulace berberis sebesten an.
ʒ. i. psilii. sandali albi et ru-
bei adiantos politrici capil-
lorum veneris rosarum ra-
dicis feniculi petrosellini. bru-
sci ficuum seis bombacis pi-
nee, pistacee an. ʒ. iii. deco-
quantur in aqua, et fiat sy-
rupus secundum artem, datur ma-
ne meridie et sero,

Syrupus mirtinus valet ad confortandum stomacum: et ad omnem ventris solutionem. ℞ succi mirtillorum ℔ iij. zucari ℔ iij. et fiat de eodem syrupus usque ad succi consumptionem, datur omni mane cum frigida.

Syrupus compositus de calidis, valet contra omnem opilationem epatis et splenis, et eius duriciem, et etiam ydropicis, renes confortat mirabiliter et stomacum. ℞ aque ℔ x. scolopendrie politrici adiantos epatice, ceterach, capilli veneris ana ℥ j. radicis feniculi radicis petrosilli apii sparagi et brusci cicoree ana ʒ j. feniculi seminis petrosilli apii endivie portulace lactuce scariole sebesten viole rose sandali albi et rubei ana ʒ s. seminis melonis citruli cucumeris et cucurbite ana ʒ iij. que pistanda pistentur in grossiori parte, et in aqua supradicta ponatur, et bulliant ad medietatem aque huius, postea addatur ℔ v. zucari albi et clarificetur. datur mane et sero cum aqua calida. Et si acetosum fecere volueris addatur pro quarumque ℔ ʒ iij. aceti boni et bulliat ad aceti consumptionem. et usui reserva.

Sirupus de herbis frigidis valet contra acutas et parvas febres, et ethicis et consumptis ex calore. ℞ aque ℔ x. scolopendrie adiantos politrici ceterach epatica capillorum veneris ana ℥ j. se. papaveris albi lactuce scariole portulace sebesten citoniorum. liquiricie ana ʒ j. sandali albi et rubei ros. vio. se. melonis citruli cucumeris et cucurbite ana ʒ s. que sunt terenda tere, et bulliat in aqua et fiat syrupus cum zucari ℔ v. ita ut supra in syrupo composito diximus. datur mane cum tepida.

Sirupus restauratiuus de fumo terre, valet ad scabiem, et ad omnes humores mundificandos scilicet sanguinis. ℞ succi fumi terre purificati ℔ x. mirab. kebul. ʒ iij. Indorum ʒ iiij. emblici beleric citrini cuscute cassie fistule tamarindi ana ʒ ij. pistentur in grossiori parte cum succo suprascripto et bulliat ad consumptionem tercie partis huius succi, postea deponatur ab igne, et coletur et colature addantur ℔ vj. zucari, et fiat syrupus. dosis eius est ʒ j. cum aqua calida mane ieiuno stomaco.

Syrupus diureticus. ℞ apii petrosilli feniculi anisi amcos dauci baucie pentafilon alexandri spagi brusci peucedani meu scolopendrie capilli veneris adianti politrici splendilidon caparis tamarisci

siselei cum semine granorum
solis seminis melonis citruli cu-
curbite cartami saxifrage
seminis citri. lapis qui invenitur
in spongia marina pulvis
cicadarum amomi thimi came-
ptheos ossa cerasorum pomorum
et persicorum cardamomi, yreos,
spicenardi garyophyllorum costi et nucis
muscate ana ℥. iii. galange
timi epithimi filipendula
valde bone pimpinelle ci-
ceris nigri. etc.

5 Syrupus de papavere
contra omnem ventris
solutionem. ℞ capi-
ta papaveris recentia sine
humida numero. C. l. planta-
ginis, balaustie. gallarum
prunellarum inmaturarum
ana ℥. i. Conficitur sic, omnia
ista in aqua pluviali lb. v.
dimitte per biduum, In tercio
vero die, coque aquam bene
usque ad consumptionem me-
dietatis, postea cola per pannum
fortem. Cum autem colata fuerit
admisce illi colature terciam
partem mellis, et iterum coque
donec ad spissitudinem mel-
lis redigatur, et tunc recon-
de in vase vitreo, et cum
opus fuerit in ℥. i. aque
syrupi. etc.

Spongia Spongia somnifera,
℞ opii thebaici ℥. i.
Jusquiami succi, mo-
re inmature rubi seminis
lactuce, succi cicute, coconi-
dii. i. papaveris, succi man-
dragore, succi edere arbo-
ree ana ℥. i. hec omnia simul
in vase mitte, et ibi spon-
gia marina nova qualis

de mare exierit: ut non
tangat eam aqua dulcis
Et pone ad solem in cani-
cularibus diebus donec omnia
consumantur, Cumque opus
fuerit aqua nimis calida illam
parum fomenta: et postea
naribus pacientis appone,
et cito dormiet, Cum autem
excitare volueris succum
radicum feniculi, naribus
apponetur, mox expergiscetur

t Tyriacha magna Galieni.
Tyriacha dicitur domina
medicinarum. Galieni
quia ab eo compo-
sita fuit. facit contra gra-
vissimas passiones totius
humani corporis, epilenti-
cis. cathalenticis apopleticis.
cephalargicis. stomaticis.
emigranicis. prodest ad rau-
cedinem vocis, et constrictio-
nem pectoris, optima est
arteticis, asmaticis. emop-
toicis, ytericis, ydropicis.
peripleumonias, ptisis: et
vulnera in intestinis haben-
tibus: nefreticis. calculosis
colericis subvenit: menstrua
educit: et fetum mortuum
expellit. lepras. et variolas
et frigorem prodicum et
ceteras passiones inuete-
ratas emendat: precipue
contra omnia venena et ser-
pentium morsus et repti-
lium valet: sed diversa est
eius dosis pro quantitate et
qualitate uniuscuiusque pas-
sionis, que in fine scribitur.
Omnem defectionem sensuum.

relevat: cor cerebrum. epar
stomacum confortat: totum
corpus incorruptum ducit
et custodit. Vini. pars confer
ta est libra .ii. ℞ trociscorum
squilliticorum .ʒ. ii. et ℈. ii.
piperis longi .ʒ. ii. trociscorum
tyri et diacoralli ana ʒ. i. et
℈. i. xilobalsami .℈. i. et ℥.
vii. opii agarici. yris rosarum
scordei seminis rape silvestris
cinamomi opobalsami ana.
℈. i. et ℥. xiii. reubarbari cere
spice opii costi spicanardi. ʒʒ.
cassie lignee storacis calamite
mirre terbentine turis ma
stici calamenti diptami sti
cados polii radicis pentafilon
petros. piperis albi ana ℈. i.
et ℥. vii. folii gummi arabici
croci calcantum usti. lapidis terre
sigillate seu boli sume ypoqui
stidos celtice camedrei gentia
ne meu. carpobal. amomi apii
mazatici carui silvestris siseleos
nasturcii seu nasturcii anisi
ypericon ana. ℈. i. mumie ca
storei oppoponacis aspalti
galbani centauree minoris
aristo. longe. dauci silvatici.
ana. ℈. i. mellis despumati
quod sufficit: que terenda
sunt tere: et gummas in vino
liquefactas cum pulvere et
melle quisce sufficienter.
Vel cum speciebus teras, da
tur in modum avellane
cum tepida apoplecticis sto
tomaticis cephalargicis
emigranicis ad raucedinem
vocis et constrictionem pecto
ris cum melle aut dragagato,

Ita ut in ore teneatur, as
maticis cum decoctione lili
fagi. Emoptoicis ex pectore
et pulmonis vitio cum ptisa
na, Ad veterata passiones
cum apozimate ysopi, yte
ricis cum decoctione assari.
ydropicis cum oximelle vel
oxizaccara, peripleumonicis
cum iure vel decoctione ma
rubii, iliosis cum apozima
te apii. In intestinis vul
nera habentibus cum decoc
tione sumach. Nefreticis cal
culosis et colericis cum apo
zimate granorum solis apii sil
vatici. vel domestici. Arteti
cis cum urtica, vel pigami de
coctione. Ad venena et me
strua educenda et fetus cum
vino calido. vel mulsa cum
aqua ubi cocta sit menta
vel ozimum: et frigoris peri
odico: et cunctis passionibus
cum tepida.

Tyriacha diatesseron.
tyriacha ut dicitur
domina medicinarum,
diatesseron .i. de quatuor
rebus dicitur de quibus
antiquitus conficiebatur,
Sed alii philosophi postea
addiderunt. valet propter
toxicatis hominibus et mor
sibus a canibus rabiosis,
aut ab aliis animalibus ve
nenosis. datur cum succo
mente ad bibendum et
super ipsum vulnus de caden
tem ungitur. et venenosa sup
posita .s. bonum malanum, quod

salernitani stagiam uocant
Quartanarijs et ueteri quartane
data cum decoctione pigami
uel gentiane subuenit. Ex-
pars est lb. ii. Rx. mirre ari-
stologie rotunde gentiane
bacarum lauri excorticatarum
ana ʒ. i. et ℈. ii. minus gra-
ni feniugreci nigelle zedoa-
rie ana ʒ. i. et ℈. ii. diptami
camedrei pigami ana ʒ. i. et
℈. ii. et gr. vii. gumi edere
calcanti usti ana ʒ. i. esdre
magne ʒ. i. ossis de corde cer-
ui mumie antifarmaci ana
ʒ. i. cornu cerui usti ʒ. iii.
mellis quod sufficit. datur
in modum auellane.

TRifera sarracenica. tri-
fera i. iuuenilis. iuue-
nem hominem reddit.
Saracenica quia a saracenis
fuit inuenta. datur prop-
ter yctericis epaticis et parie-
tibus dolorem capitis ex fu-
mositate colere rubee. datur
proprie contra duplicem
et simplicem terciam: et re-
staurat uisum amissum ex
calore: et colorem perditum
ad pristinum reuocat.
Cuius pars est lb. i. Rx. zu-
cari ʒ. iii. mirab. citri. cor-
ticum. medulle cassie fistule
et tamarindorum ana ʒ. i. s.
ireb. mundatorum manne ana ʒ.
vi. et ℈. ii. et gr. v. Indorum
viole recentium si possunt
inueniri ana ʒ. s. anisi. maratri.
ana ʒ. ij. et gr. xv. masticis
macis ana ʒ. i. gr. vii. s. bellirici.
emblici ana ʒ. s. et gr. iii.
Conficitur sic. In duabus
lb. aque ponantur ʒ. iii. violarum
recentium si poterunt inueniri.
si non sicce. et bulliant donec
deueniat aqua ad purpu-
reum colorem. et viole sint
remisse. postea leuiter ex-
pressum coletur. de colatu-
ra illa pars accipiatur.
et cassia fistula et tama-
rindi deinde per catiam ab-
luantur. et colentur per
eadem. in alia aqua mit-
tatur lb. i. et ʒ. viii. zucari.
et super ignem ponantur.
et ad spissitudinem bulliat.
et cum incepit inspissari.
addatur colatura cassie fi.
et tamarindorum. postea manna.
Cum volueris scire utrum sit
coctum. ponatur gutta super
marmor. et si quasi mel col-
ligitur coctum erit. tunc ab
igne deponatur: et cum infri-
gidatum erit. puluis supra-
dictarum specierum apponan-
tur. semper cum spatula agi-
tando donec incorporetur.
Ad ultimum supradictum zucarum
mitte. Datur in modum ca-
stanee. si sit ex distemperantia
caloris cum frigida. si sit ex
habundantia frigidi humoris
cum calida.

TRifera magna dicitur
quia magnam uti-
litatem et fructum
mulieribus confert. datur proprie contra
dolorem stomachi virorum et
mulierum. cum aqua in qua
cocta sint semina maratri anisi
et masticis. datur etiam contra
uitium matricis ex frigidita-
te si distemperata bibatur cum

vino in quo cocta sit arthemisia provocat etiam menstrua. Si fiat cum arthemisia bene trita et oleo muscellino bene commixta pessarium ex bombace factum si fuerit ex ea inunctum et in vulva mulieris immissum menstrua provocat. Mulieres non concipient si detur cum vino in quo cocta sit mandragora vel sambucus. Miro modo prodest pueris qui non possunt dormire et in nocte nimis garriunt distemperata cum lacte mulieris in modum ciceris et bibita mire prodest. viij. pondus est lb. i. ℞ opii ʒ. ii. cinamomi gariofili galange spice nardi zedoarie ana ʒʒ. costi storacis calamite calami aromatici ciperi yreos peucedani acori mandragore cortice rosarum piperis anisi apii petrosilini feniculi macedonici dauci iusquiami ozimi ana ʒ i. mellis quod sufficit. datur in modum castanee ut supra diximus.

Triaca magna andromachi. ℞ trociscorum squille lb. xii. trociscorum tyri trociscorum andacaron piperis nigri opii thebaici ana lb. vi. cinamomi rosarum zu. scis rape silvestris scordeon yreos agarici sum liquiritie olei balsami ana lb. iii. mirre croci ʒʒ. reubarbari pentafilon calamenti prassii macedonici sticados costi piperis albi pulegii mas squinanti terbentine cassie lignee spice nardi polii montani ana lb. i. s. storacis liquide seminis apii siler montani dauci cameos camedreos camepiteos yproquistidos spice romane mei folii genciane gummi arabici feniculi terre sigillate calamenti usti amomi acori carpobalsami ypericon fu carui anisi acacie ana lb. i. seminis baucie bdellii galbani aspalti opopanacis centauree aristologie rotunde ana ʒ. x. s. castorei lb. i. sapini lb. i. s. mellis quod sufficit.

Trocisci squillitici sic fiunt. ℞ squillam integram et divide eam et involve eam in pasta fermentata et in furno decoque et abstracta de massa et eiectis eius corticibus eius medium tere in mortario et tantidem farine orobi subtilissime trite adde et inde trociscos informa et cum vino aut melle tempera et in umbra sicca. Et si deest orobum tantidem panis assi subtilissime triti pone et inde trociscos informa et in loco umbroso sicca.

Trocisci de tyro qui in magna tyriaca recipiuntur sic fiunt. Invenias tyros in longitudine unius palmi existentes oculos rubeos habentes et linguam mobilem et cornua in capita in modum grani frumenti capita et caudas in modum trium digitorum

abscinde, medium quod remanet
fortiter lava quousque aqua
remaneat clara postea excor-
ietur, et intestina eiciantur,
deinde eodem modo lavetur, et in
aqua coquatur quousque car-
nes a spinis separentur, spinis
proiectis. caro in mortario mar-
moreo bene teratur, et commisce-
atur tantundem in pondere
farine orobi, vel panis assi.
et cum iure eorum tempera, et
fac trociscos ponderantes,
solidos singulos, et diligenter
siccentur in umbra.

Trocisci andraaron.
qui in magna tyriaca
andromaci recipiuntur,
℞ paresarag .i. corticum bucce.
ʒ. iiii. s. calami aromatici costi
xilobalsami assari meu amo-
mi masticis cotule fetide sin-
gulorum ʒ. i. aristologie rotunde
squinanti ana ʒ. iii. s. reubar.
xilocassie cubebe cinamomi
ana ʒ. ii. spicenardi folii ana
ʒ. ii. mirre clare ʒ. xvii. croci
ʒ. ii. Conficiatur cum odo-
rifero vero vino antiquo
et dulci, et fac inde trociscos
desiccatos in umbra.

Trocisci diarodon. trocisci
a rotunda confectione
dicuntur, diarodon, quia intrat
in diarodon, et in diamargari-
ton, v. pondus est ʒ x. et gr. xii.
℞ rosarum viridum ʒ. iiii.
spodii ʒ. ii. croci ℈ ii. gr. vi.
sandali albi ʒ. ii. gr. xii. san-
dali ru. ʒ. i. s. gr. xii. cafore
gr. xii. Conficitur sic, In mar-
moreo mortario recentes
rose fortiter pistentur, deinde
ceterarum specierum subtilissimus

pulvis supponatur et cum suffi-
cienti rodostomate conficiatur.
ad ultimum camphora adhi-
beatur, deinde trocisci infor-
mentur, et ad umbram exsiccentur.
et usui serventur.

Trocisci dyarii dicuntur
a violis albis, ʒa pars
est ʒ. vi. s. ℞ florum
violarum albarum viridum ʒ.
vi. amidi ʒ. iii. seminis papaveris
albi ʒ. ii ℈ i. reubarbari ℈ v.
seminis plantaginis ʒ. i. balsami
℈ i. rodostomate quod sufficit,
Confice ad modum precedentium
trociscorum.

Trocisci ydioeri. qui in
satyra et rubea intrant.
vi.a pondus est ʒ. vii. ℞ amomi
ʒ. i. cinamomi croci folii mirre
cassie ana ʒ. s. spice ℈ i. costi
opobalsami squinanti calami
aromatici xilobalsami assari
singulorum ana gr. xvi. masticis maiori
ana gr. x. amarici gr. v. vini
ascalonis, quod sufficit, hec omnia
tere, et cum vino illo trociscos
informa. et cum fimo storacis
sicca. et usui reserva.

Trocisci croci magnetis
intrant in rubeam et
satyram ℞ croci ʒ. iii.
rosarum amomi mirre ana ʒ. i. s.
xiloaloes ℈ ii. hec omnia
bene pistentur et cribellentur
subtilissime conficiantur cum aqua
rosata, et trociscos informa et
in umbra siccentur

Trocisci diacoralli sic fiunt,
℞ coralli rubei cinamomi
mirre amomi papaveris
albi ana ʒ. iiii. squinanti croci ana
ʒ. ii. calami aromatici xilobal-
cassie lignee folii masticis.

polij fu assari fleción an̄. ʒ.
.i. de hiis omnibus puluere
facto tempera cum vino, et
trociscos ponderantes solidos
singulos in forma. et in vm-
bra sicca.

Trocisci de aniso valentes
epatis ad ydropisim.
℞ anisi. eupatorij.
an̄. ʒ. iij. apij absinthij ma-
stici amen assari spice amig-
dalarum amararum an̄. ʒ. i. aloes
epatici. ʒ. iiij. et. s. Infor-
ma trociscos ad pondus ʒ. i.

Trocisci de caparis va-
lent contra splen-
dum et epatis opi-
lationem ℞ corticis radicis
caparis semis alfogoli siue
alfadi. an̄. ʒ. v. scolopendrie
ciperi an̄. ʒ. vij. aristologie
longe foliorum rute armoniaci
nasturtij nigelle an̄. ʒ. iij.
resoluatur armoniacum
cum aceto et confitiantur
cetera cum eo, et. Informetur
trocisci ponderis ʒ. ij. dosis
eius est ʒ. i. s. cum sirupo co-
posito vel vino.

Trocisci de reubarbaro
valet contra opila-
tionem epatis et sple-
nis et colorem bonum facit.
℞ reubarbari rosarum absin-
thij an̄. ʒ. iij. spodij spice
nardi squinanti lacce succi eu-
patorij an̄. ʒ. i. s. sandali al-
bi et rubei croci cassie ligne
draguganti, mastic an̄. ʒ. ij.
Confitiatur cum succo feniculi.
et Informetur trocisci ad po-
dus. ʒ. i.

Trocisci contra sputum
sanguinis. ℞ acatie ʒ. iiij.

rosarum balaustie gummi arabi-
ci an̄. ʒ. ij. dragaganti. ʒ. i.
Informentur cum aqua rosata.

Trocisci de rosis epar et
stomacum confortantes.
℞ rosarum rubearum liqui-
ritie an̄. ʒ. vi. squinanti spi-
ce nardi spodij dragaganti
an̄. ʒ. iij. tempera cum succo endiuie
et trociscos ad pondus. ʒ. i.
datur. ʒ. i. cum succo herbarum
vel maligranati.

Trocisci de spodio valet
ad colorem epatis et
acute febri sitim con-
tinuam compescit ℞ rosarum
ʒ. xij. spodij seminis portulace
liquiritie an̄. ʒ. ij. dragaganti
amidi zuchari an̄. ʒ. iiij.
tempera cum succo psillij.
et fac trociscos, datur. ʒ. i.
cum succo maligranati.

Trionsilon dicitur a viri-
dibus folijs rute que
in eo ponuntur valet
proprie quartanarijs, et vere
cotidiane. in hyeme et vere
post prandium, vel in sero cum
vino. iiij. pars c lb. i ℞
piperis albi ʒ. i. ℥. iii. nitri (quod in nigrum [illegible])
petrosilini piperis nigri an̄. ʒ. ij.
macropiperis. ʒ. s. petroselli
amomi dauci anisi elempnij
spice ciperi apij siseleos costi
an̄. ʒ. s. gar. q. vij. s. dactilorum
mundatorum numero xij. foliorum
rute viridis. ʒ. i. s. mellis
quod sufficit, datur vt supra
diximus.

Triasandali dicitur a tribus
generibus sandalorum

que ibi intrant datur pro
prie contra calorem epatis
et stomaci. ptisitis. yeteritis.
Cayedictas est lb. ii. R sandali albi et rubei et citrini rose zucari ana solidos
duos, reubarbari spodii succi
liquiritie, seis portulace ana.
solidum. i. s. amidi gummi arabici dragaganti seis melonis
citruli, cucumeris et cucurbite seis scariole ana. solidum. i.
camphore. 3. i. s. Alii quadruplicant pondus rosarum,
syrupi rosati quod sufficit,
datur mane, et meridie in
modum castanee cum frigida,

Theodoriton yperiston.
Theodoriton dicitur a deo
datum, yperiston. i. super
exptimum, facit enim contra
dolorem emigranerum et vertiginem capitis, et contra
fluxum flatus quod currit
in gutture et faucibus unde
fit homo quasi sine uoce. Valet etiam spleneticis sine
febre. colorem bonum facit
si simplex detur. Sed si purgationem facere uolueris
addantur. 3. ii. scamonee, et
fortius operabitur. xii. ps est
lb. ii. R aloes epatici. 3. iii.
et g. iii. et terciam partem
unius grani. cinamomi camedreos croci ana. 3. iii. croci
cassie lignee reupontici ana.
3. ii. g. xvi. agarici. 3. ii. s.
nardi costi mastici assary
silfii squille asse armoniaci
bdellii ellebori nigri yperiton epitimi polipodii brasice
succi piperis albi et longi ana.
3. i. s. spicari ana. smirne mirabol. collequintide sapini.

opoponacis castorei absinthii
aristologie longe petrosi.
genciane amomi ana. 3. ii.
diagridii piperis nigri ana.
3. i. mellis dispumati quod
sufficit, datur cum vino calido mane et sero, 3. iii.

Theodoriton anacardinum
ab anacardis dicitur
qui ibi reponuntur, datur
mirabiliter memoriam reparat. vertiginem capitis maxime a posteriori parte aufert, flegma quod
ibidem est purgat. causis materiis mirabiliter confert. si
eam purgare uolueris xiiii.
pars conferta est lb. ii. R aloes
epatici. 3. i. s. yreos cassie fistule ana. 3. vi. minus g. xvii.
3 3. anacardi carpobalsami
ana. 3. iii. s. folii spice costi
mirab. meu epithimi ana. 3. ii.
3. i. gar. squinanti reupontici
mastici ana. 3. i. g. iii. s. mellis
quod sufficit. Conficitur sic.
Accipe corticis radicis feniculi
bene ablutis et contritis lb. i.
et pone in lb. ii. aceti et stet
ibi per septem dies, postea tere
ipsas radices et in eodem aceto quousque ad terciam partem
aceti deueniant, postea cola
diligenter per pannum, et in duabus
lb. mellis dispumati, et bulliant
usque ad aceti consumptionem
deueniat, cum tali melle conficiantur. Supradicte radices
colligantur in medio madii
vel iunii: quia ante hoc tempus
humide sunt, post hoc sicce sunt,
Dosis est. 3. i. uel. ii. cum mulsa
mane,

Uomitus noster. Uomitus
dicitur a uomendo, eo quod superiores

et calidos purgat humores.
Noster qui a nobis compositus
est, purgat proprie coleram
rubeam et fla. datur cotidi-
ane vere, et terciane note in
modum castanee cum calida
aqua, datur etiam delicatis
hominibus cum syrupo acetoso
distemperato, et per noctem sub
divo ponatur, in mane iterum
cum aqua calida distemperetur
et coletur per pannum ut to-
ta substantia remaneat
et propinetur, sedat veram
tercianam, et debilitatem
et nauseam a superfluis et a
cutis humoribus facta au-
fert. Quarta pars est lb. ii.
℞ tapsie panormitane
al. aragonensis — vel aragonensis collecte in
madio, sive in Junio. ℥. iii.
croci affricani ℥. i. ß nucis
vomice. ℥. ß. assari ℥. i. Con-
ficitur in duabus libris mellis
dispumati adde ℥. iiii. succi
assari et bulliat ad succi con-
sumptionem: et si succum ha-
bere non poteris, pone tapsie
assari ana ℥. ii. ß. et dimidiam
catapuciarum, et contunde, et
pone in aqua marina et bu-
liat usque ad medietatem, et a-
qua illa ponatur in libris
.ii. mellis dispumati, et coque
usque ad aque consumptionem,
et cum tali melle confice, datur
mane in modum castanee cum
tepida, vel oxizacra duris
duris hominibus cum tota substantia,
debilibus colatura tantum,

Vomitus patriarche ℞
tapsie lb. i. croci a-
fricani ℥. iiii. cina-
momi assari ana ℥. ii. catapu-
tie ℥. ii. mel quod sufficit,
detur cum tepida ante ac-
cessionem

Vomitus valens tercia-
nariis et quartanariis,
sed maxime competit
cotidianariis ℞ tapsie ℥.
iiii. assari bacarum ℥. i. cina-
momi ℥. i. croci ortulani ℥. i.
seminis atriplicis ℥. ß. mellis quod
sufficit, datur in modum
castanee cum calida,

Vnguentum marciaton
magnum, a marciano
peritissimo medico dicitur
a quo fuit inventum: quod fa-
cit ad dolorem et frigiditatem capi-
tis, et pectoris, et stomachi, et ad
schirosim splenis et epatis.
et ad illorum dolorem, ad solem
vel ad ignem inunctum statim
subvenit. paraliticis. sciaticis,
nefreticis. podagricis, pedetentim
tumores reprimit et con-
tractionem, et contra omnes
dolores ex frigiditate me-
detur potenter. iiii. pars est
lb. viii. ℞ cere albe lb. ii.
olei communis lb. viii. rorismarini
foliorum lauri ana ℥. viii rute
℥. vii. tamarisci lb. ß. ex brisi
sine balsamite lilifagi.
ozimi polii calamenti arthemisie
enule betonice brance ursine
spargule herbe venti pimpi-
nelle agrimonie absinthii.
herbe palesis herbe sancte
marie cimarum sambuci
herbe crassule mille folii.
semper vive camedreos centu-
nervie centauree foliorum
fragule quinque folii herbe
tetrahit ana ℥. iiii. ß. eiusdem
radicis cimini morte ana ℥.
iiii. fenugreci ℥. i. ß. butiri
℥. i. ℥. ii. urtice viole papa-
veris nigri mente saracenice.

et alie mente lapacioli po-
litrici gardoncelli matris-
silue marturelle herbe mus-
cate alleluya lingue ceruine
ana ʒ. s. crispule castore
medulle ceruine a nomi[?] sto-
racis ana ʒ. s. adipis ursine
et gallinacee mastic ana
ʒ. i. turis ʒ. s. olei nardini
ʒ. ii. ¶ Colligantur omnes
herbe in medio madij et in
uno die, aut in duobus si fi-
eri potest, ab hora tamen
tercia usque ad meridiem
¶ Conficitur sic, herbas
tritas diebus septem in o-
dorifero uino et optimo infun-
de, octauo uero die, coquatur
lento igne, et cum aliquan-
tulum uinum ceperit consu-
mari, addatur supradictum
oleum, et bulliant herbe usque
quo incipiant diminui, deinde
studiose colentur, et predictis
herbis, atque super ignem po-
natur, et cum bullire ceperit
ponatur storax, et cum mo-
dicum bullierit ponatur
butyrum, et assungia aliquan-
tulum tusa, et oleum nar-
dinum mastix et olibanum, postea
cera: et cum liquefacta fuerit
semper cum spatula agitando,
ab igne deponatur, et cum
coagulatum fuerit in vase re-
condatur et usui reseruetur.

V. Unguentum aragon.
aragon. i. adiuto-
rium, valet ad omnem
dolorem ex frigiditate ho-
minibus ac mulieribus tali
ordine inunctum, In testa oui
primo liquefiat ad ignem,
deinde superbugatur[?], postea
tegula calefacta super locum
patientem teneat. Valet ad

spasmum et tetanum, et deinde
tali ordine inunctum ut superius
arteriaticis et sciaticis multum
prodest ¶ Quartanarijs si
spina inungatur ante horam ac-
cessionis ut dictum est, mirifice
prodest. iiij. pars est lb. vj.
¶ Rx rorismarini maiorane
radicis yreos[?] · hypili[?] rute in-
dicis siccidis[?] ana ʒ. iiij. s. fol.
lauri saluie sauine ana ʒ. iij.
policarie maioris et minoris
ana ʒ. viij. brionie ʒ. iij.
laureole ʒ. x. nepite siluatice[?]
ana lb. s. mastic olibani
ana ʒ. vij. piretri euforbij piperis
[illegible] ana ʒ. i. olei muscellini
ʒ. s. petrolei ʒ. i. adipis ur-
sine, olei laurini ana ʒ. iij.
butiri ʒ. iiij. olei comunis lb. v.
cere lb. i. herbe et radices
colligantur, ut in marciaton
dictum est, et in mortario
fortiter contuse ponantur
in oleo per septem dies, octauo
uero die super ignem ponatur,
et fortiter coquatur, postea
per saccum colentur, et tunc super
ignem iterum ponantur,
et fortiter coquantur, cum
bullire ceperit, addatur oleum
laurinum. butyrum adeps
ursi: et cera liquefacta ad-
datur petroleum et muscelli-
num, ad ultimum mastix et oli-
banum. [illegible] piper piretrum eu-
forbium: et tunc ab igne de-
ponatur et recondatur.

V. Unguentum agrippa quo
rex iudeorum agrippa
utebatur, quod tan-
te dignitatis erat quod nemini
discipulorum tradere vole-
bat, valet ydropicis et omnibus

tumoribus in quacumque parte
corporis fuerint et ad ner
vos indignatos, dolorem renum
ex frigiditate mire subvenit
urinam provocat, et ventum
super ventrem laxat ¶ iiij pars
est lb. v. ℞ brionie lb. ij.
radicis sticadis lb. j. squille ℥. vj.
yreos ℥. iiij. radicis feleos
℥. ij. radicis ebuli tribuli
marini ana ℥. ij. / fit autem
hoc modo / radices bene ab
luantur et terantur ter vel
quater in mortario marmoreo
et in lb. viij. olei lentiscini per
duos dies dimittantur,
tertia vero die super ignem
ponatur, et bulliat donec ra
dices incipiat diminui sive
dictum / postea exprimendo per
pannum coletur / et cum colatum
fuerit, iterum super ignem ponatur
et cum bullire ceperit ponatur
cere albissime ℥ xb. / lique
facta cera ab igne depona
tur, et cum infrigidatum fuerit
et congelatum, in vase re
conde / Notandum tamen quod
si radices dimittuntur in oleo
unguentum fortius esset, et
magis valet

v ¶ Unguentum dyaltea ma
lastiton et calistiton.
dyaltea a radice e
viscus dictum / malastiton .i. molli
ficativum / calastiton .i. cale
factivum / medietas est lbr.
.iiij. s. ℞ radices euisci lb. ij
seminis lini seu fenugreci ana
lb. j. squille. ℥. vj. olei lbr.
.iiij. cere lib. j. terbentine
gummi edere galb. ana ℥. ij.
colofonie resine ana ℥. vj.
¶ Quidam addunt butyrum,
¶ Omnes radices et herbe bene
abluantur et terantur, similiter
lini semen et fenugrecum
et squilla, et cum bene trita
fuerint ponatur in lb. vj.
aque per tres dies, quarto autem
die super ignem ponantur,
et bulliat donec incipiat
inspissari, deinde paulatim
in sacco ponatur, et cum expri
mere volueris addatur ali
quantulum ferventis aque ad
ad abstractionem illius succi
viscosi, de quo succo accipiatur
lb. ij et ponantur in quatuor
lb. olei communis et bulliat ad succi
consumptionem cum erit quod ni
chil succi supernataverit postea
addatur cere lb. j. et cum liquefacta
fuerit terbentina postea gummi
edere contusi et galbanum postea
addatur pulvis colofonie
resine, et cum coctum fuerit,
quod erit cum gutta posita
supra marmor inspissabitur,
ab igne deponatur: et cum
colatum fuerit et infrigida
tum diligenter reconde ¶ Va
let proprie contra dolorem
pectoris ex frigiditate et pleu
resim. prius in testa ovi ad ignem
calefactum aliquantulum: et super
pectus inunctum sanat omnia loca
infrigidata et desiccata, cale
facit, mollificat et humectat,

v ¶ Unguentum populeon dicitur
quia fit de oculis populi.
valet contra calorem
acute febris: et hiis qui dormire
nequeunt inunctis temporibus
et pulsibus et plantis manuum
et pedum. hoc idem cum oleo ro.

uel violato mixtis, et super epar
unctum mirabiliter calorem
tollit: et super umbiculum unctum
mirabiliter sudorem prouocat.
Quedictas est lb. iij. ℞ oculorum
populi lb. i. s. foliorum papa-
ueris nigri ℥. iij. cimarum ru-
bi tenerimarum, foliorum iusqui.
et mandragore, solatri, vermi-
cularis, lactuce, semperuiue, bar-
dane, viole, foliorum brancham-
celli, umbilici veneris ana ℥. iij.
assungie porcine sine sale no-
uelle sine sale lb. ij. Fit hoc
modo. Oculi populi bene pistentur
per se, et cum assungia admisceantur
magdaliones informentur
et per duos dimittantur, 3a uero
die supradicte herbe omnes colli-
gantur, et prius per se terantur
et cum magdalionibus iterum
terantur et admisceantur
et iterum magdaliones for-
mentur, et per septem dies di-
mittantur, postea uero magda-
liones frustratim incidantur
et in caldario cum lb. ij. odo-
riferi vini infundantur, et bu-
liant ad vini consumptionem
cum spatula semper agitando,
deinde exprimendo cola, et dicte
refrigerari, et in vase reconde.

Unguentum citrinum, dicitur
citrinum, quia in pomo
citrino decoquitur, pul-
cram reddit faciem, lentigines
de facie tollit, nigredinem
a sole inductam destruit, et
pustulas in quacumque parte cor-
poris ortas salsi fleumatis mira-
biliter destruit et aufert. Cica-
trices in corpore sublimat.
leprosi faciem si ex eo ungatur
multum emundat, rubore oculorum
pruritum et pallorem et erisipile
valet. Quedictas est lb. iij. ℞
boracis ℥. ij. camphore ℥. i.
coralli al. ℥ s. amenti dulcis
℥. i. umbellici marini draga-
ganti, alli, amidi, cristalli, antu-
lis et dentalis lapidis agrippis
olibani albissimi, nitri ana ℥. iij.
marmoris albi ℥. ij. ceruse ser-
pentarie ℥. i. ceruse ... ℥. vj.
assungie porcine nouelle sine
sale albissime ℥. xvij. sepi per-
corini vel arietini vel capri-
ni ℥. i. s. assungie galline ℥. i. Con-
ficitur sic. Tere dragagantum
et umbellicos marinos in mor-
tario marmoreo cum pistello
ferreo in sil. cetera sigillatim
in eodem mortario terantur, et
cum panno subtili albo cribentur
et cum assungia porcina nouella
albissima, deinde caldarium plenum
aqua super ignem buliat, et cum
bus cum assungijs in caldario
pendeat in ipsa aqua: ut de
calore ipsius aque assungie li-
quefiant, et liquefacte per sub-
tilem pannum et album colentur
in catino nouo, et mox totus
puluis apponatur preter camforam
et boracem semper cum spatula
agitando ut bona fiat incor-
poratio. hoc facto in uno citrino
pomo concauo vel in duobus ponatur,
postea super addatur litargirum,
deinde mastix et olibanum
cum pistello semper agitando
paulatim de aceto uel aqua
rosata apponatur, et cum incipit
inspissari addatur oleum et
aqua rosacea apponatur, et
tamdiu ducatur donec sit
bene incorporatum. Et cum infri-
gidatum fuerit recondatur,
ita quod non sit multum spissum
nec multum tenue.

Unguentum laxativum dicitur
quia ventrem laxat: cum
autem ungere volueris,
post unctionem abstineat sex
horis, valet etiam constipatis
et lapidosis, nefreticis, yliosis
super ventrem et pectinem inunctum
Cayedrictus est lb. iii. ℞ succi cu-
curbite agrestis succi interioris
squille succi ciclamini succi radi-
cis anabule succi radicis ebuli
succi sambuci mediane corticis
lactis titimalli succi camomille
ana ℥ ii. bro. succi cucumeris
agrestis et succi pomorum eiusdem
succi acetosi cellaris et succi ra-
dicis polipodii succi herbe lau-
reole succi capilli veneris.
catapucie ana ℥ iii. fellis
taurini aloes epatici ana ℥ ii.
vomice. Diagridii ℥ i. s. nucis muscate
vel castaneole indice, eufor-
bii ana ℥ i. Conficitur sic
Omnes supradicti succi et ra-
dices colligantur in mense
madii. et sic conficite. succos et
catapucias contritas cum lb. iii.
olei communis, et per septem dies
stent commixte, octavo vero die
coquantur tamdiu donec quan-
titas succorum consumatur, tunc
albe cere addatur lb. i. cum
felle taurino semper cum spatu-
la agitando commisceantur
donec fel taurinum et cera
liquefiant, postea pulveres
terendorum addantur, et cum coa-
gulatum fuerit reservetur

Unguentum fuscum. fuscum
idest nigrum, valet ad
omne vulnus, nam super
vulnus positum attrahit, et
attrahendo mundificat, deinde
sanat Sayedictus est lb. ii.
℞ olei communis lb. i. s. cere ℥
iiii. colofonie sepi arietini

gummi serapini picis navalis
colate ana ℥ ii. mastices oli-
bani galbani terbentine ana ℥ i.
Conficitur sic. oleum in olla
super ignem ponatur ut bulliat
tunc apponatur cera, deinde
colofonia, qua liquefacta po-
natur pix navalis, postea gummi
sapini et terbentina. ita tamen
ut omnia bene terantur prius preter
picem navalem et terbentinam.
deinde pulvis masticis et
olibani, et cum spatula semper
agitando donec omnia bene li-
quefiant et bene coctum sit, deinde
cum infrigidatum fuerit recondi-
tur,

Unguentum album ad flam-
salsum. lb. i. ℞ cerusse
℥ ii. litargiri ℥ i. olibani
℥ iiii. masticis ℥ ii., vini quod
species per se terantur, hoc modo
pulvis cerusse cum pauco oleo dis-
temperetur, et postea addatur li-
targirum, deinde mastix et olibanum
cum pistello bene semper agitando
paulatim acetum vel aqua
ro. ponatur: et cum incipit
inspissari addatur oleum et
aqua ro. et tamdiu ducatur do-
nec sit bene incorporatum, et
recondatur et non sit spis-
sum multum, nec multum tenue,

Unguentum utilissimum impeti-
ginosis, serpiginosis. et
elephantiosis ℞ aloes,
litargiri fuliginis masticis oli-
bani cimini porale .i. picis
liquide sigie. i. storacis liquide
assungie veteris arsenici ar-
genti vivi tartari sulfuris
vivi ana ℥ vi. que sunt terenda
terantur et in aceto et oleo et

succo lapacioli et succo fumiterre quod sufficit commisce et siccato ad solem vel ad ignem.

Unguentum quod valet ad mollificandum splenem. Rx fenugreci se. lini. caricarum tamarisci farine ordei aceti olei et cere albe. Omnia ista tribus diebus stent ad mollificandum, et postea coquatur usque ad consumptionem aceti, et postea colentur et reponatur: et ex eis fiat unguentum.

Unguentum quod valet contra guttam arteticam et podagram et contra contractionem nervorum de frigida causa. Rx olei comunis lb. iii. cere albe ℥. iiii. vini odoriferi ℥. iiii. radicis brionie radicis sicidis colloquintide ana ℥. iii. salvie saxifragii i. celtice spicenardi foliorum rute ana ℥. ii. que sunt terenda terantur et in oleo et vino admisceantur. et per novem dies dimittantur, postea super ignem ponatur et bulliat ad vini consumptionem et coletur et usui reponatur.

Ieralogodion memphyti. yera i. sacra. logos i. sermo. memphytum i. impedimentum solvens, quia per omnes sacras partes cerebri ab omni impedimento liberat. linguam ex quacumque causa impedita fuit sanat. Simplex vel laxativum melius et fla. mirabiliter purgat data cum calida. Datur epilenticis cum sale calido et mulsa, curat stomaticos et spumantes caducos, vertiginosos.

et qui linguam sibi mordent. cephalargicos et emigranicos et qui ita vexantur ex capitis passionibus et motionibus ut videantur demoniaci. hec singulis mensibus data prodest: Et hoc antidoto sine omni periculo neque ullas molestias patientibus infert. Rx. ps est lb. i. s. Rx colloquintide interioris polipodii. ana ℥. ii. euforbii polii scordeon ana ℥. i. s. et gr. vi. absinthii minoris ana ℥. i. gr. xii. centauree agarici armoniaci timiamatis folii spice squille diagridii ana ℥. i. aloes cumini thimi casie camedreos bdellii prassii ana ℥. ii. gr. xvii. cinamomi oppo. castorei aristo. longe macropiperis leucopiperis melanopiperis croci sapini petrosilini ana ℥. i. s. ellebori albi et nigri ana gr. vi. mellis quod sufficit. datur de eo ℥. iii. singulis mensibus cum calida vel mulsa mane vel sero in modum castanee cum vino calido ciatis ii. et sale calido cocleare unum.

Yera ruffini. yera ut diximus, ab auctore dicitur. Datur proprie scabiosis ex flate salso, elephantiosis, sprignosis: curat utramque morpheam cum aqua tepida data, destruit antiquam cephalicam et emigraneam et monopagium dolorem capitis, vel stomaticos, epilenticos, catalenticos: et eos qui ex fumo stomachi extenebrescunt, ita ut subitaneum timorem videret, vel ex ventositate stomachi tinnitum aurium patiuntur: ut in furias vertantur, deponitur cacochimia stomachi epatis et splenis. et podagricis confert auxilium. et menstrua educit si sit pregnans

inde facere uolueris cum ʒ. i. scamonee fiat ℞ xii. pars est ℔ i. ℞ aloes ʒ i. ellebori albi et nigri ana ʒ s. diagridii colloquintide turbiti ana ʒ iii. nitri euforbii polipodii salis armoniaci ana ʒ ii. gr. xv. piretri camedrei croci agarici mastices epithimi ana ʒ i s. cassie lignee xilobalsami opoponacis git ana ʒ ii s. mirre gr. xv. mellis quod sufficit, datur sero et mane cum calida in modum castanee.

Yerapigra galieni. yera i. sacra. pigra i. amara: que facit ad diversas capitis passiones, sive egritudines, ad aurium et oculorum dolores, stomacum quoque optime purgat, causas epatis emendat, splenis duriciem et deppsitatem remouet et extenuat: renibus et vesice prosunt et matricis distemperantiam emendat. Cap. pse ℔ i. ℞ cinamomi, spicenardi, croci, squinanti, assari, xilocassie, xilobalsami, carpobalsami, viole, absinthii, agarici, epithi, ro sarum, turbit, colloquintide, masticis ana ʒ ii. aloes ad pondus omnium specierum, quod est ʒ x. et ʒ ii. mellis quod sufficit, dosis eius ʒ iii. cum abstinentia mane cum calida.

Si vero pillulas informare uoluens, da xv. aut xvii. cum sufficienti diagridio.

Yerapigra constantini dicta est ab auctore constantino, qui eam composuit valet ad visum recuperandum: et retinendum. Tota uenit ℔ i s. ℞ mirabolanorum citrinorum kebuli, indi, citrini. viole absinthii ana ʒ iii. bellirici emblici cassie fistule epithimi sene agarici cuscute squinanti reubarbari ana ʒ ii. xilocassie spice nardi masticis ligni aloes salis gemme nitri ana ʒ i. mellis quod sufficit, datur cum vino calido sero vel mane. [anisi]

Yerapigra abbatis abbas de curia eam composuit valet ad vitium capitis, flegma et melanconiam purgat: et etiam ad guttam que sit de frigido et sicco humore unde membra videntur contracta, valet paraliticis, datur cum tepida vel vino. Jeredictas est ℔ i. ℞ agarici. colloquintide turbith. epithimi, cuscute ana ʒ ii. et gr. v. squinanti, carpobalsami, xiloaloes xilocassie croci assari cinamomi, mastici. rose viole absinthii reub reupontici folii lapidis lazuli ana ʒ ii. diagridii ʒ i s. aloes epatici ʒ iii s. mellis quod sufficit.

Si vero pillulas inde formare volueris tempera cum succo absinthii: et da viii. vel xi.

Yera fortissima galieni. facit cephalargicis. scotomaticis, epilenticis, melanconicis, apoplecticis, paraliticis, maniacis, alopitiacis, litargicis, et qui in sompno meditantur morte ad aurium auditus oculorum passionibus fauces et arterias facit: dentium dolorem sedat,

vocem claram facit, asmaticos orthopnoicos, et longinquas egritudines sanat, pleureticis ydropicis, ptisicis epaticis et spleneticis prodest, artheticis colicis yliacis dysintericis medetur nefreticis et sciaticis relevat flammaticum quartanarios et emitriteos adiuvat: febres omnes aufert. elephantiosos purgat: venenis obsistit. et cancrosis proficit: vitia enim mulieris emendat. Rx. colloquintide, squille, agarici armoniaci ellebori nigri, sulphuris ypiron ana ʒ. v. epithimi bdellii camedrei basilicon succi casie ana ʒ. iiij. [illegible] sagapini aristologie longe piperis albi et longi cinamomi oppoponacis castorei ana ʒ. iii. s. petroselli absinthii piperis nigri ana ʒ. ii. aloes ʒ. i. s. mellis quod sufficit, detur ex ea ʒ. ii. vel iii. mane cum calida.

Zinziber conditum sic fit. Rx. zingiberi [illegible] qui habent folia ad modum cretani marini: quod saraceni secacul vocant. bene radantur cum cultello, postea coquantur in aqua donec dimittant se stringi manibus: postea abstrahantur ab aqua: et aliquis que sunt interius mundentur. et cum cultello frustatim incidantur: et in mortario marmoreo bene pistentur: et cum manibus exprimantur ut aqua inde exeat: et ponderentur inde libre iiij. et ponantur in lb. x. mellis dispumati et albissimi. et coquantur donec incipiat rubere et addatur lb. s. ʒ. frustratim incisi. et dimitte bullire tam diu quod adhereat digito in marmore supposito. postea tolle ab igne et impone pulverem istarum specierum. Rx. ʒ. ʒ. iii. galange, gariofili cinamomi. nucis muscate cardamomi ana ʒ. s. piperis mundati ʒ. iii. et pistaciorum ʒ. iiii. zedoarie ʒ. i. s. dactilorum ʒ. iiii. et cum omnibus istis conditum, stomacum confortat, digestivam virtutem adiuvat, vitio pectoris ex frigiditate valet, renes confortat, libidinem fortiter incitat.


At quia sufficienter de dispensatione omnium confectionum emplastrorum atque unguentorum diximus: nunc videndum est de speciebus et herbis secundum proprium pondus et mensuras, quod ad omnium supradictarum tam opiatarum quam laxativarum medicinarum, et electuariorum receptione pertinet: pondera igitur, vel mensure que in arte medicinali reperiuntur: hec sunt que subtili ingenio ac sollerti studio summa ordinavimus diligentia ad opus omnium in arte medicinali studere volentium, per quod ponderarum omnes supradicte res ab uno ʒ. usque ad lib. xii. unciarum per grana frumenti collecta, incipiendum est igitur a scropulo. quid sit scropulus.

Scropulus est pondus xx. granorum. duo ʒ. sunt grana xl. tres scropuli sunt grana sexaginta. qui simul collecti fiunt ʒ. i.

Exagium habet grana nona-
ginta: que faciunt ʒ .i. et ß.
Sed ex totidem granis con-
stat solidum. Unde exagia
sex vel solidi sex faciunt ℥ .i.
Item nouem ʒ faciunt ℥ .i.
Centum et octo dragme fa-
ciunt lb .i. Quarta pars libre
est mille et lxxx. g.
Item medicinale sextarium
vini vel olei seu aceti quod
intrat in unguentis seu medi-
cinis est pondus lb .ii. et ß.
Ad receptionem omnium medicinarum
supradictarum sufficit.
Pondera igitur singularum
specierum pleniter aggregando
pondus proprium de omnibus
ponderibus uniuscuiusque speciei
collectum ordinauimus: et
quantum de qualibet specie
ad confectionem opiatarum
et laxatiuarum medicinarum
electuariorum et emplastrorum
et pillularum sufficiat compe-
tenti serie demonstrauimus.
et ut scolares medicinarum
pondere releuentur, et in qua-
libet terra cotam dignissimis
probis pondera distinguendo
et medicinas ualeant dispen-
sare: et cum dispensandi ha-
beant copiam: denariorum:
et amicorum plenitudine glo-
rientur.



Explicit antidotarium
nicolai salernitani ad lau-
dem et gloriam domini nostri
iesu christi Amen
Deo gratias.



Sequuntur sinonima secundum Nicolaum Salernitanum super eius antidotario · et hoc secundum ordinem alphabeti,

Athemisia idest matricaria.
Acacia .i. succus prunellorum agrestium immaturorum,
Alcannez ozimum vel igilia .i. urtica.
Alimpiados .i. laureola, et semen eius .i. coccognidium
Antos .i. flos rosismarini
Agrealacum vel melacium idest git.
Armoniaca .i. semen rapistri.
Ambra .i. spuma ceti vel balene,
Andragnus .i. portulaca.
Amaracus, vel psa .i. maiorana.
Antifarmacum .i. vincetosicum
Allogallica .i. genciana
Armoniaca .i. agrimonia
Aspaltum .i. bitumen iudaicum.
Anagodan .i. sumac.
Adarcis .i. caro marina
Adronius vel aaron .i. yarus
Anacardi sunt fructus cuiusdam arboris in india nascentis quos imperiti pediculos elephantis vocant,
Anisum .i. ciminum dulce.
Antofali vel antenati sunt gariofili magni.
Anagalicum vel simfitum .i. consolida maior
Alipta confita .i. mixtura
Anthera .i. semen rose
Angulus .i. citrolus
Alicum .i. capillus veneris.

Agaricus .i. fungus abietis
Amidum vel amilum, idest succus frumenti.
Anisfructus vel arceodotis .i. fructus iuniperi.
Alexandri vel olixatri .i. petrosellini macedonici.
Arnoglossa .i. centunervia
Assara .i. bacara, vel vulgus .i. plantiza.
Arsenicum lempnias .i. auripigmentum.
Affodilli .i. centum capita
Alfita .i. farina ordei
Albecar .i. galbanum.
Acorus .i. glandiolus.
Anasara .i. elleborus albus
Albedaregi .i. basilicon cum latis foliis, et est de herbis que comeduntur
Alubarum .i. plumbum ustum
Anabacia est fructus sidre .i. iubebe silvestris
Alumen iameni .i. lumen scariole, alumen scissum idem,
Allzehel .i. ius cibi cum aceto conditi colatum. Et dicunt alii quod est cibus factus ex aceto et croco.
Alcanquannich .i. ea que condita sunt salmuriam
Alhehil .i. cardamomum minus.
Ataxaracon .i. endivia agrestis.
Alcasaba .i. dactili carnosi
Asebregi .i. semina pura in quibus sunt gutte nigre et albe, et sunt amara similia granis zobibe
Allzehengi .i. solatrum ortolanum
Astanabegi .i. parasicois.

¶ Alkadza .i. merda ferri. lit-
girij idem.
¶ Almadesend .i. cera salita
¶ Amuden .i. radix herbe de
quia reddit hominem sine dolore
et sic videtur esse amor seu ama-
tor hominis, et sic patet quod omnes
medicine predicte ab effectu et
operatione quam inducunt deno-
minantur tales. ¶ Quedam vero
medicine sumunt nomen a compo-
sitore qui eas invenit vel composuit.
Verbigratia Metridatum dicitur
a Metridato rege qui ipsum com-
posuit vel invenit. Et tyriacha
magna ab Andromacho, et ideo
tyriacha Andromachi denominatur.
Et dyarodon abbatis dicitur ab abba-
te qui eam composuit, et sic de
aliis multis.
¶ Quedam vero sumunt denomi-
nationem ab aliqua simplici ma-
teria, que est basis et fundamentum
in illa compositione vel quia de
ea magis ingreditur in illa com-
positione et in ea obtinet princi-
patum. Verbigratia sicut sunt
pillule de serapino et pillule
de bdellio et de turbit, pillule
de sarcocolla et dyagalanga, et
diacinnamomum, diaprassium, diacala-
mentum et multa alia.
¶ Quedam vero sumunt denominatio-
nem a numero medicinarum
ingredientium in eis. Verbigratia
tyriacha diatesseron dicitur
confectio quatuor rerum adya
quod est confectio et tesseron
quod est quatuor quasi tyriacha
quatuor rerum, quia in ea res
quatuor ingrediuntur. Et un-
guentum triafarmacon dicitur
a tribus medicinis compositionem
ingredientibus a tria et farmacon
quod est medicina quasi un-
guentum trium medicinarum in
eo ingredientium. Et pillule cotidie
dicuntur pillule trimeron ex
tribus rebus ingredientibus
eas sicut est aloes mirra et croci.
¶ Quero quod reperitur in aliqua
recepta scilicet agarici, reubarbari
ana partes equales in mensura
et non in dosi quomodo intelligitur.
¶ Dico quod intelligitur secundum quantitatem
ad oculum et non secundum dosim ad
pondus. Istam autem quantitatem
ad oculum tibi debet tibi medicus
limitare. Verbigratia si capis
de agarico ad quantitatem nu-
cis, debes consimiliter ad quantitatem nucis
cape de reubarbaro.
¶ Quid est hoc quod dicitur in re-
ceptis medicinarum solutivarum
Medicina fortis debilis et me-
dicina debilis fortis. ¶ Dico quod
medicina fortis debilis est me-
dicina fortis virtutis et opera-
tionis et debilis in dosi ut sca-
monea turbit et esula que omnes
sunt fortes in virtute et operatione
ut cassia et manna, et fortis in dosi
quia de eis damus multum scilicet
unciam unam vel ʒ. i. s.
¶ Quomodo intelligitur illud
quinto canonis Avicenne primo
capitulo in antidotario suo quando
dicit Et parum earum melius
est plurimo. Dico quod intelli-
gendum est de simplici medicina
isto videlicet modo, quod si medicus

pot facere cum vna tantum simplici medicina non debet facere cum multitudine medicinarum. Vnde sit intellige quod paruum earum .s. medicinarum simplicium est melius plurimo earum .i. multitudine earum, quia gaudet natura simplicibus.

¶ Si quis quereret quid importat hoc nomen electuarium. Dico quod tantum est dicere electuarium quantum electum ex varijs, quia ex multis et varijs rebus electuaria conficiuntur communiter. ¶ Et ordinatio electuariorum est multiplex. Quia quedam sunt electuaria dulcia, quedam amara, quedam acuta, ut diaprunis et diatamarindis.

¶ Quid importat in recepta quando dicit in illa Recepta. Recipe tortellarum de semi. Respondeo et dico quod tortelle .i. bis tortelli de semi .i. de simula, vel de illa regione que dicitur semi.

¶ Si quis diceret quare dicuntur medicine opiate. Dico quod ab opio opiate dicuntur et non debent exhiberi ante sextum mensem, nec debent vendi ab aromatarijs ante sextum mensem.

¶ Quare dicuntur medicine solutiue, quia habent corruptos humores soluere .i. educere et euacuare.

¶ Quid importat in quarta distinctione damasceni cum dicit de conditis, quid sunt condita. ¶ Dico quod condita idem est quod preparata, et sunt multiplicia. Nam quedam sunt ex fructibus, ut citra citonia pira. Quedam sunt ex radicibus, ut zinziber conditum pyrigi. Et quedam sunt ex floribus, ut rose, viole, ex quibus fit zucharum rosatum, violatum, borraginatum, et consimilia.

¶ Si quis quereret quid est looch. Dico quod looch est syrupus inspissatus ad modum electuarij et aliqualiter viscosum actu et lambatur in dispositionibus pectoris. ¶ Vel secundum aliquos, looch est viscosa et mucillaginosa confectio, ut diu resistat cum in ore tenetur et debent lambi et paulatim degluttiri contra dispositionem pectoris et pulmonis. Et quedam looch sunt delectabilia, et quedam horribilia.

¶ Quid est diapenidion. Dico quod est lenis confectio, a dia quod est confectio, et penidia quod est lene, quasi lenis confectio quia pectus et guttur leniter vnde penidie .i. lenificantes guttur, pectus et pulmonem.

¶ Quid est julep. Dico quod tantum importat quantum clarificata potio, vel clarus liquor potabilis. Vnde ut plurimum omne julep est sedatiuum sitis et confortatiuum virtutis, quia aliqua julep habent sitim sedare et extinguere et mitigare. Et aliqua habent confortare cor et virtutem et dicuntur julep cordialia cum perle et lapides preciosi ponuntur in eis. ¶ Vel aliter julep est clarus liquor potabilis ex aquis distillatis et zucaro compositus vel ex succis, et potest esse aromatizatus et non ad sitim extinguendam et ad virtutem confortandam. Vnde julep zulapium .i. clarificare. ¶ Item potest fieri julep longum .i. paruce vel breuis decoctionis ex aquis distillatis et zucaro cum aromatibus vel sine sed paucis diebus durat et precipue in estate et fit ut sit placabilis egris ad potandum in estate

non ita durat. Unde in estate julep et syrupi quos conservare debent habere longam coctionem sive cocturam ne ex caliditate estatis ebulliant et in acetositatem convertantur.

Quid est syrupus. Est liquor potabilis compositus ex succis vel seminibus et radicibus vel fructibus cum melle vel cum zucaro et cum speciebus aliquando aromatizatus et potest esse simplex ex paucis rebus et compositus ex multis rebus acetosis vel non acetosis aptus ad alterandum materiam peccantem in morbis, isto scilicet modo refrigerando sanguinem et alios humores calefactos vel calefaciendo frigidos vel subtiliando grossum humorem vel ingrossando subtilem quia secundum medicos nichil aliud est quam grossi subtiliatio et subtilis ingrossatio. Unde aliqui medici vocant eos digestiva et aliqui divisiva quia habent malos humores a bonis dividere et sequestrare. Et dicitur a sir quod est confectio et opo .i. succus, inde syrupus .i. confectio vel compositio liquida de succis.

Cognoscitur autem quando syrupus est bene coctus quando ponitur inter duos digitos et adheret eis cum quadam viscositate vel quando ponitur super lapidem marmoreum limpidum et aliqualiter coagulatur.

Sapa est vinum coctum usque ad spissitudinem et fit ex musto recenti tempore vindemiarum.

Quid est rob vel robub. Rob vel robub est succus inspissatus ad modum sape vel mellis.

Quid importat miva. Dico quod miva .i. confortans, que fit ex succis pirorum vel citoniorum cum zucaro. Et potest fieri miva simplex sine speciebus et aromatica cum speciebus. Simplex datur febricitantibus, aromatica vero non febricitantibus.

Quid est trociscus. Dico quod trociscus est compositio quedam ex diversis pulveribus et speciebus mediante aliquo liquore agregata. Et dicitur trociscus a trocos quod est rota quia trociscus est similis rote currus.

Si queritur quomodo est intelligendum illud quod ponitur in recepta vel descriptione trociscorum de allzekengi cum dicitur primo boli armeni postea prope finem eiusdem recepte dicitur boli absolute. Dico quod boli absolute intelligitur terre sigillate que in multis proprietatibus est similis boli armeno et adhuc habet excellentiores virtutes.

Quid est dictum trocisci de Alandal. Dico quod sunt trocisci de colloquintida.

Quid est suffuf. Dico quod suffuf .i. pulvis.

Quid est dictum fiat pulvis subtilis sicut alcool, quid est alcool. Dico quod alcohol sunt athomi apparentes in spera solis ad modum subtilissimi pulveris qui vix tactu comprehenduntur.

Quid est pillula. Dico quod pillula dicitur a rotunditate quia prima

pila quia ad modum pile pile
est rotunda vel dicitur pillula a pillo
.i. pistello. quia antiquitus pille confi-
ciantur multum laborant aroma-
tarii in pistando eas in morta-
rio cum pilo .i. pistello ¶ Et nota
quod pillule non debent esse antique
nec indurate ad modum lapidis
quia tunc non valent, unde pille
cum transierint sex menses non
habent virtutem, et melius conservantur
in magdalionibus quam in pulvere
¶ Quid est dictu pillule co-
chie .i. capitales a chochos quod
est caput
¶ Quid est dictu pillule alle-
fangine .i. aromatice
¶ Quid est emplastrum est dura
confectio ut plurimum respectu
unguenti et fit sine oleis
¶ Quid est unguentum dico quod un-
guentum dicitur ab ungendo et est
mollis confectio respectu emplastri
et fit ex oleis adipibus et cera
et aliquando cum speciebus vel pulveri-
bus et aliquando sine eis ¶ Et nota
ulterius quod sicut aloes est ut plu-
rimum materia pillularum ita cera
ut plurimum est materia unguentorum.
¶ Quid est unctio dico quod unc-
tio est omnibus liquidior et me-
lior et fit cum aut ex oleis
sine cera vel si aliquid cere po-
nitur valde modica
¶ Si quis interrogaret quotu-
pliciter fiunt olea in medicina
¶ Respondeo secundum doctrinam me-
sue in antidotario suo in .xii.a
distinctione de oleis et dicas quod
tripliciter fiunt olea. Quia quedam
fiunt per expressionem ut oleum de
amigdalis dulcibus amaris et
de nucibus et de auellanis et
de citoloniis ¶ Et quedam olea
fiunt per infusionem ut oleum rosatum
violatum camomillinum anetinum
de lilio yrinum et samburinum
¶ Quedam quidem olea fiunt per
resolutionem ut oleum de vitellis
ovorum, de frumento sinapinum et oleum
de frassino
¶ Si quis quereret quid est oleum
onfancinum et quotupliciter fit
oleum rosatum ¶ Dico quod est oleum
ex olivis inmaturis factum
¶ Pro quo nota quod oleum rosatum
fit dupliciter ¶ primo ex rosis
incompletis et ex oleo onfancino
et tale oleum est satis frigidum
stipticum et confortativum ¶ 2o potest
fieri oleum rosatum ex oleo olivarum
maturarum, et tale oleum magis
anodinum et doloris sedativum
et non est frigidum tantum sicut primum
¶ Nota bene hos infrascriptos
versus ut melius intelligas su-
prascripta. Versus.
¶ Tunc embrocamus cum membrum
liquore rigamus
Tunc cathaplasma fit cum
succum ponis et herbas
Dicitur epithima de succis unctio pura
membra que sarcellas sacco pleno
medicina
Si fumum capis est suffumiga-
cio dicta
Dicitur emplastrum quae vis confectio dura
Cum spongiis calidis fit fomen-
tacio sola
¶ Quid est rodoleon dico quod est
oleum rosatum. arodon quod
est rosa et oleum quasi oleum rosatum
¶ Quid est rodozucharum dico quod
est zucharum rosatum, arodon quod
est rosa et zachara zucharum inde
dicitur zucharum rosatum
¶ Quid est rodomel dico quod est mel

rosatū cū folijs ros͡ꝑ ꝑmanens.

¶ Quid est gelemabin | dico q̄ est mel rosatum colatum.

¶ Quid est mellicratum et rodomel | dico q̄ ē aqua mellis

¶ Quid est sechaniabin | dico q̄ est syrupus acetosus.

¶ Quid ē oximel | dico q̄ ē cōpositum ex aceto et melle, ꝛ est simplex et compositum, et dr̄ ab oxi quod est acetum ꝛ melle.

¶ Quare dr̄ oxizachara cum in ea non intret acetum | dico ꝙ oxizachara dr̄ ab oxi quod ē acetum. videlicet succus granatorum acetosorum ꝛ zachara zucharum.

¶ Pro quo vlterius nota ꝙ aliquando non ingreditur acetū in eius oximellibus, ſꝫ succus granatorum acetosorum, et ideo ab illis granatis acetosis dicitur oxizachara ſꝫ aliqui uero ponunt uero acetum in oxizachara ut nicolaus.

¶ Quid ē dictu yerapigra et vn̄ dr̄ | dico ꝙ yerapigra dr̄ a yera quod est sancta et pigra .i. amara, inde yerapigra .i. sancta confectio amara

¶ Quid est yera collogntidos dico q̄ ē confectio sancta de collogntida

¶ Quid importat ꝛ vn̄ dicitur tyriacha. tyriacha a tyro spēte, uel ab alia re dicitur ꝙ tyriacha non dr̄ a trociscis de tyro quia si sic eēt sequeretur ꝙ alie tyriace in quibus nō ingreditur non essent tyriace quod tn̄ ē falsum, qꝛ tyriacha diatessaron est tyriacha, et tn̄ in ea non ingreditur tyrus ſꝫ tyriacha dicitur a tyron greće quod ē uenenū ꝛ yros cōfectio, uel medicina inde tyriacha dr̄ medicina contra uenenum, ꝛ est dn̄a medicinarū.

¶ Queritur quot res ingrediuntur tyriacham magnam | Respondeo q̄ ē distinguendum qꝛ ingredientia in ipā tyriacha qdā sunt composita ut trocisci de tyro et trocisci de squilla | Et quedam sunt simplicia, ſꝫ cōīr dicitur ꝙ numerando composita cum simplicibus omnia ingredientia tyriacham sunt numero .64. et duo liquores .s. mel et vinū.

¶ Si queratur quanto tp̄e debet ipā tyriacha stare dispensata anteq̄ conficiatur ¶ dico ꝙ debet stare ꝑ duos menses et bandiri ad hoc si aliquis medicus vel docta ꝑsona uellet contradicē ꝙ possit venire circumstantibus partibus et locis ad disputandum et contradicendum si opus fuerit.

¶ Si queratur vtrum tyriacha sit frigida uel calida in cōplexione sua, si dr̄ q̄ ē calida, quare ergo vsq; ad sextū mēsem stupefacit et infrigidat ¶ 2o. ad idem arguitur sic Cum species calide in compositione tyriace excellant et ꝑdominētur frīs quare ipā tyriacha ponitur frigida vsq; ad sextum mēsem ¶ Ad hoc dubiū respondetur ꝙ tyriacha tripliciter consideratur ſm̄ eius tria tempora, qꝛ uel est Infans .i. nouella et valde recens et sic vsq; ad sextum mensem est frigida et nō calida cuius ratio talis est, qꝛ nō obstante ꝙ in tyriacha reperiatur plura simplicia calida q̄

frigida quia dosis opii ceteris
partibus est maior q dosis aliar
rerum referenda singulis z ipm
opiu est valde dempse substa
non pot ipa an sextum mesem
esse bene fermentata nec ad
vnam forma reducta quia tot
et tanta simplicia non possut
in tot pue tempore int se ee bn
confracta in qualitatibus et
complexionibus sinsita q mini
mum eius tangat minimu al
terius et ppue ppm opiu
valde resistit fermetari cu sit
frm in 4o et sic dure atqz demp
sissime pp que omia ad minus
requiritur spaciu vni ani si dz
bene fermetari et ad vna for
mam seu complexione redu
qua an semp est frigida z stu
pefacit ¶ pot considerari 2o qtu
ad eius fam etatem .s. qn est iu
uenis .s. a 2o ano usqz ad. xx.
et sic est calide complexionis.
¶ 3o uero consideratur qn est i
pmo senio .s. 30. anoru, et tuc e
melior et minoris caliditatis
q erat i iuuetute sua, z tunc
medici possunt tuto ea uti,
¶ Queritur cum non habeatur
trocisci de tyro, quare moderni
medici ponut loco eoz trocisco
trocisos ex diptamo et terme
tilla sunt valde contra vene
nu: et ideo qn non put heri
trocisci de tyro loco eorum po
nunt istos.
¶ Si queratur i quo vase me
lius confuatur tyriacha ¶ dico
q in vase plumbeo Cuz ipm plu
bum sit frigidu ualde vn inco no
pot ipa tyriacha corrupi nec
ebulitione facere nec malam
qualitatem a plubo acquirere
cu plumbu sit amenu z dulce.

Sed in auro melius confuatur.
¶ Alii uero consuant eam in
vitro .s. in vasis vitreis, In argeto
aut non ita bn confuatur,
¶ Si queratur quot anis durat
tyriacha ¶ Dico q inferius dicet
fm. A. 5o canone durat anis 30.
usqz ad. 40.
¶ Si quis querat quid est me
tridatum ¶ Dico q est singularis
confectio ad modum tyriace a me
tridato ipato re inuenta et est valde
contra uenenum et habet quasi
omnes virtutes quas habet tyria
cha: et non datur de eo ante sex
tum mesem, nec etiam usqz ad
annum,
¶ Nota etia q nulla medicina
opiata non datur ante sextum
mesem,
¶ Si quis querat quid e confectio
¶ Dico q confectio .i. sil' facio. et de
riuatur a conficio conficis, quia
ex pluribus rebus conficitur
et potest esse mollis,
¶ Si quis querat quare tyriacha
diatesseron sic nominatur ¶ dico q
quatuor rebus ipam conficietibz
dicitur diatesseron, tesseron est
grece latine quatuor,
¶ Quare z bn dr diasinicon ¶ dico
q diasinicon .i. confectio de dactilis
a dia q e confectio et finicha qi
confectio de dactilis.
¶ Quare dr trifera, ¶ dico q fe
ra .i. tristibus et infirmis oferens.
¶ Quare z bn dr diarodon ab
batis ¶ dico q dr a dia quod e co
fectio et rodon rosa quasi cofectio
rosata vel de rosis, et abbatis dr
ab abbate de curia, qui ea qposuit
¶ Quid ipotat electuarium
elescoph fm mesue ¶ dico q elec
tuariu elescoph .i. episcopi,
¶ Quid est fief ¶ dico q e medicame

solidum ad oculos clarificandos
factum ad modum pili supposito-
rii quod distemperatur et liquefit
et in oculis imponitur dum oppor-
tunitas requirit. Et aliqui con-
fricare sicut in cute cum aqua feni-
culi vel cum aqua apropriata in
oculis illa aqua imponitur.

Collirium. ¶ Quid est collirium? dico quod est aqua
composita pro oculis lippis et obtal-
miatis. Vel est medicamen liquidum
pro oculis infirmis et colatur per
filtrum dum fit et ideo collirium dicitur.
Vel quia in oculo exprimitur et co-
latur dum opus fuerit.

¶ Quid est confectio alfesire?
Dico quod est confectio vini albe.

¶ Quare et unde dicitur unguentum
triafarmacon? Dico quod unguentum de
tribus medicinis / farmacon enim
medicina dicitur, unde quia tres medicine
scilicet tria simplicia ingrediuntur eius
compositionem scilicet litargirum oleum
et acetum, et ideo triafarmacon
dicitur.

¶ Quid est diamargariton et
unde dicitur? Dico quod est confectio de
cordialis ex duobus generibus
margaritarum perforatarum et
non perforatarum que in eo ingrediuntur
et dicitur a dia quod est confectio et
margaritis quasi confectio de mar-
garitis.

¶ Quare dicitur terra sigillata? di-
co quod vera terra sigillata est contra
venenum, unde antiquo tempore
erat tante virtutis et sublimita-
tis ut reges eam propriisque secretis
eorum sigillis sigillaverunt, ut
recognosceretur ab alia terra
que adulterabatur et sophisti-
cabatur, sed hodie non sic est, quia
raro reperitur bona.

¶ Quid est alipta muscata? di-
co quod est mixtura aromatica, in
qua muscus ingreditur, unde
alipta id est mixtura.

¶ Quid est ramich? dico quod Ramich.
ramich est quedam mixtura so-
lida quarumdam rerum aroma-
ticarum pro maiori parte stipticarum,
et ingreditur emplastrum de gallia
descriptione mesue, et etiam in-
greditur in trociscis de terra si-
gillata.

¶ Si quis querit quando in una re-
cepta invenitur una res cuius
plures sunt species, quam illarum
rerum debemus intelligere. Verbi
gratia cum scribitur in una re-
cepta, Recipe spice et non dicit quam
spicam, vel cum dicitur Recipe rosarum
et non explicat albarum vel
rubearum, vel Recipe gummi, vel Recipe
cassie, vel Recipe storacis, et non
explicat quam speciem storacis ad
exequendum per ipsum aromata-
rium. Ad hoc respondetur quod de-
bemus intelligere speciem. Verbi gratia
quando reperitur Recipe spice intelligitur
spica nardi, et cum dicitur Recipe ro-
sarum intelliguntur rubearum
quia rubee prevalent albis in vir-
tute. Et cum dicitur Recipe gummi intelligitur
arabici. Et cum dicitur Recipe
cassie intelligitur lignee. Et cum
dicitur Recipe storacis intelligitur ru-
bei seu calamite quod idem est, et sic
de aliis, quia sunt plurimi ad quorum
fit denominatio. phisi.

¶ Nota quod aromatarius non debet
audere propria sine licentia medici
in receptis ponere quid pro quo
et unam rem pro alia quando
caret aliquo simplici quia in hoc
posset errare, sed debet omnia facere
cum dispensatione et auctoritate doc-
tissimi et fidelis medici. Unde
tempore meo Illustrissimus rex
aragonum punivit acriter incipi-

condempnavit neapoli quendam
eius aromatarium Cui medici
sue maiestatis ordinaverunt
quoddam electuarium cordiale in
quo ingrediebantur coralli albi et
ille aromatarius non habebat
sed combustavit corallos rubeos
qui ex combustione effecti sunt
albi unde hoc venit ad noticiam
domini regis et sic ille fuit con-
dempnatus in novem milibus
ducatis et de cetero noluit cum
pro aromatario.

¶ Quod reperitur tuber in re-
ceptis quid est. Dico quod tuberzi
i. zuchari candi.

¶ Quid est zucharum candi. Dico
quod est zucharum conditum ad silicem
cristalli, modus autem faciendi
ipsum ponit Servitor, lege ibi et reperies.

¶ Quid est quod reperitur in recep-
tis candi rosati vel violati. Dico
quod zucharum conditum et indu-
ratum quod reperitur in fundo
vasis ubi reconditur julep ro-
satum vel violatum ut syrupus
rosatus vel violatus.

¶ Quid sunt dactili lezyroni.
Dico quod sunt dactili huius
provincie seu de chapro sar-
racenorum.

¶ Quid sunt tortelli de semi.
Dico quod sunt bistortelli de simila.

¶ Quare dicitur syrupus dinarii
vel de bizanciis cum eo blacte
bizancie non ingrediantur. Dico
quod talis syrupus ideo dicitur
syrupus dinarii vel de bizanciis
quia bizantium in arabico idem
est quod ducatus vel aliud genus
denarii apud homines sunt
carissimi et preciosi, ita est iste
syrupus apud medicos et etiam
apud infirmos propter optimam
operationem quam inducit contra omnes
febres opilationum et propter sanita-
tem quam facit acquirere, que sa-
nitas est maior omnibus ducatis
et omni thesauro mundi.

¶ Quare illa confectio dia-
curcume tam maior quam minor
quam ponit damascenus in prima
distinctione de electuariis contra
ydropisim quare dicitur dia-
curcuma cum in ea non ingredi-
antur radices curcume. ¶ Dico quod
dicitur diacurcuma a croco
qui crocus apud grecos dicitur
crocon qui ingreditur in ea bo-
na quantitate, et quia vocabu-
lum est corruptum dicitur diacurcu-
ma, quia illa confectio est citrina
ad similitudinem curcume que est ra-
dix valde citrina et amara satis.

¶ Quid est illud quod dicitur
in fine recepte aromatici rosati
descriptione gabrielis, gummi a-
rabici dragagantum ana ʒ ii et duas
partes alterius. Dico quod quod dicitur
duas partes alterius intelliguntur
due partes alterius scilicet dragme
et sunt ℈ ii cum quelibet dragma
ex tribus ℈ conficit.

¶ Quid importat hoc nomen
segema. Dico quod segema vel se-
genea idem est quod fecundans et gene-
rationem faciens.

¶ Quid importat hoc nomen dia-
niorosan. Dico quod idem est quod electua-
rium utilitatum.

¶ Quare secundum damascenum in primo
libro de consolatione medicinarum
scamonea debet teri grosso modo
cum ponitur in pillulis vel in aliis
solutivis. Et reubarbarum debet
teri subtiliter et colloquintida sub-
tilissime. ¶ Dico quod scamonea est
valde nociva stomaco et valde se-
rosa unde si pulverizaretur sub-
tilis intraret porositates stomaci

et longo tempore nausearet et
stimularet stomacum et contra cor
magis lederet ex bicinitate quam
habet os stomaci ad cor et etiam
appetitum destrueret. Alia autem ro
et bona. Quare medicine laboriose
solutive ut scamonea, turbit eu-
forbium preter colloquintida debet gros-
somodo teri et pulverizari talis
est ut sui grossitie longiorem mo-
ram in stomaco trahant, ad hoc
ut humores ab extremis partibus
ad stomacum attrahant et sic eva-
cuentur. Nam si subtiliter pul-
verizentur ex earum subtilitate
possent villis stomaci adherere et
cum hoc ad dissinteriam perducere.
ut scamonea, euforbium et similia.
Non laxative vero subtilissime
sunt conterende ut sui subtilitate
facilius incorporetur et suos ef-
fectus citissime consequatur, et
hoc quidem plurimum est suadendum
in confortativis et restaurativis
electuariis. Reubarbarum vero
quod est laxativum leve et me-
dicina benedicta debet subtiliter
conteri, quia principaliter ex proprie-
tate sua habet coleram que subtilis
est educere. Et quia ipsa colera
ex subtilitate sui imbibitur inter-
dum in poros stomaci et epatis,
ideo reubarbarum debet subtili-
ter teri ut possit illas porositates
intrare et ipsam coleram facilem
educere. Colloquintida vero subtilis-
sime debet pulverizari, quia est
valde violenta et est substantie
rarissime et spongiose, ut dum in-
traret vacuitates stomaci vel epa-
tis aut intestinorum ita tumefieret
et ingrossaretur ex humoribus
ibi receptis quod extenderet et torqueret
cum maximo dolore omnia membra predicta.

Sed si fuerit subtilissime pul-
verizata non potest illud facere
quia minima seu minutissima
non potest ita tumefieri nec inflari
et maxime si fuerit correcta cum
apropriatis. Sed nota quod numquam
debet exhiberi sola, sed sociata
et correcta cum aliis: et dum po-
nitur in decoctione clisteriorum
ligetur in pecia, quia si non li-
gata decoquatur posset ex casu
aliquid eius remanere in decoc-
tione et dum fieret clisterium
posset aliquid eius adherere
intestinis et in eis mortalem do-
lorem causare, ut plures imperiti
medici et rudes aromatarii
iam fecerunt. Nota etiam quod
quando una sola colloquintida reperitur
in planta sua nullomodo colli-
genda est sed potius abiicienda
quia est periculosa et venenosa.
Et similiter squilla que nascitur sine
consortio aliarum est periculosa.
Quare species et pulveres
que ingrediuntur electuaria et
pilulas et alias medicinas non
debent simul conteri neque pulveri-
zare simul secundum doctrinam Damasceni
libro primo de contritione.
ut herba gratia spica, garofili,
33. et gummi, macis, cinamomum,
flores, semina, folia, diptamus,
termentilla, Aristologia et similia.
Dico quod quia predicta non sunt
consimilis complexionis et substantie
ideo non debent omnia simul pul-
verizari sed seorsum. Aliqua enim
ex predictis sunt rare substantie et
aliqua sunt densioris substantie,
ut garofili, gummi etc. Alie vero
sunt substantie densissime et
valde compacte et dicuntur ideo
si simul conterantur erit malefactum.

q2 illa medicina que e rare sbe
cuius pulverizatur et minus re
sistit contusioni q illa que est
dempse substantie tunc resolvere
tur et exalaret virtus eius et ideo
tutius est et magis sm canones
doctorum si quelibet medicina
simplex per se et seorsum pulverize
tur et conteratur etc. licet aro-
matarii nostri temporis faciunt
oppositum et male sm omnes.

Dubitatio

Ulterius possit aliquis du
bitare qn fit aliqua decoctio di-
versarum herbarum vel radicum
quare non facimus seorsum de-
coctionem illarum rerum decoquendo
quamlibet rem de per se sicut faci
mus triturationem diversarum
rerum cuiuslibet de per se ut docet
mesue libro primo summa 2a ca° 3°
de modo triturationis

Responsio

Respondeo
et dico quod sicut fit in trituratione
sic debemus facere in decoctionibus
omnia sigillatim et per ordinem de-
coquendo radices que sunt de profun-
dis sbe, 2° stipites, 3° folia, 4°
flores etc. et etiam minus debet
decoqui herbe que habent vir-
tutem in superficie foliorum ut sunt
rose et reliqui flores. Et ab-
sinthium lactuce etc. quam herbe que
habent virtutem profundiorem
et terrestriorem etc.

Et si aliquis instaret quare
mesue non posuit hanc doctrinam
Dico quod ipse mesue loquitur rudibus
viris ut ne idem bis replicaret
tacuit, nam ex doctrina tritura-
tionis datur intelligi doctrina
decoctionis

Quare species et pulveres
ponuntur ultimate et non in principio
in ipsis electuariis et confectionibus
Dico quod in electuariis de melle
vel de zucharo semper species
aromatice debent ultimate
poni postquam ab igne deponuntur
ne ipse species resolventur
et amittant virtutem.

Queritur quare in hieme
ut plurimum utimur confectionibus
et electuariis de melle, in esta-
te vero de zucaro. Dico quod mel — No
est valde calidius zucaro ideo in
hieme magis utimur predictis
electuariis cum melle sed zucca-
ro magis utimur in estate quia
est minus calidum. Alia ratio est
quod ambo predicta s. mel et zucarum
debent proportionari ipsi tem-
pori. Cum ergo mel sit calidum
et tempus hiemale frigidum
magis debemus uti melle
in hieme, et cum zucarum sit tem-
peratum et minus calidum ideo
melle magis debemus uti zuca-
ro in estate

Queritur confectiones
solide de zucaro quando debent habere
fortiorem cocturam in hieme
vel in estate. Confectiones so-
lide debent leniorem cocturam
habere ut sint placabiliores
et meliores dentibus egrorum.
Sed in hieme debent fortius
decoqui ut magis consumentur
humiditates hiemis ut sunt manus
christi electuarium regium defensivis
aromaticum rosatum, diasandali etc.

Julep vero et syrupi et elec-
tuaria liquida debent in estate
habere fortiorem et meliorem
cocturam ne forte calore esta-
tis ebulliant et in acetositatem
transeant

Queritur utrum mel et
zucharum sint opilativa. Dico quod
omnia dulcia sunt opilativa propter

zuchar et passule, et io oīa dul
cia inimicantur epati et causant
in eo opilacionem preter duo
predicta, Et io est, qz oīa pdcā
sunt amica nature vnde ipsa
natura adeo delectatur eis, q mē-
bra attrahūt ea ad se anteq̄ di-
gerantur ex qua idigestione
opilatio generatur et pāpue
in epate et venis, qz sunt aūt
res dulces ad faciendum opila-
tionem sunt ueloces, ¶ Sz nota
vlterius q oīa dulcia conueniūt
et amicantur pulmoni z pectori
et paulatine lambantur et nō
uelociter transgluciantur, ut
mel sapa zuccar dactili passule
carice iuiube cāna mellis, peni-
die diadragagāti diayris, et
oīs spēs looch quia dulcia sūt
lenitiua et mollificatiua pec-
toris et pulmonis et humatum
uiscosarū reptarum in eis et silr
catarri descendentes ad pectus
et pulmonem,
¶ Queritur quomodo cogno-
scatur lignū aloes quū ē bonum. di-
co q in quatuor cognoscitur, In
colore, odore, sapore, et pondere,
In colore qz debet esse nodosū
fusci et odoriferi coloris, In
odore q qū comburitur sup car-
bones facit fumū boni odoris et
facit spumā z hoc est vnū secretū
aromatariorū. In sapore q sit a
marum, In pondere uero cogno-
scitur si parū de eis ponitur in
vno ciato pleno aque nō natat
sed imediate petit fundum,
¶ Quid est hoc quod mesue
dicit confectionem de xiloaloes
Rx aloes crudi quid est lignum
aloes crudum est ne aliud crudū
est ne aliud coctū, et quomodo
cognoscitur, Dico q lignū aloes
pōt esse crudū z coctū, Crudum
enim hēt conditiones predcās,
Sed coctū cognoscitur a crudo
quia mutat colorem et etiā effi-
citur magis stipticū z ultra hoc
non est ponderosum sicut cru-
dum sz valde leuius,
¶ Queritur vnde fit aloes,
Dico q fit ex succo herbe que
zambana dicitur, et est herba
aloes, vnde aliqui dicūt q omīs
tres spēs fiūt ex succo predicte
herbe zambane. s. succotrinus.
epaticus et caballinus, et aliq
dicūt q non, Sz q̄ q si sic esset
vn dr̄ lignū aloes cum illa her-
ba non habeat stipitem neqz
lignū ¶ Dico q reperiūtur plures
species aloes et puta tres. s. aloes
succotrinus ab illa prouīcia sic no- Tres sunt species aloe
minatus, et aloes epaticus, qz
assilatur epati in colore et subā
et iste due spēs aloes sunt prin-
cipes, sed 3ª spēs dr̄ aloes ca-
ballinus et talis aloes est sicut
fex aliis deterior. et fit de pdcā
herba zambana que nō hēt lignū,
¶ Alij dicunt et bn̄ q lignum
aloes non ē lignum ipsius aloes Alij z bn̄.
sed est lignum cuiusdam arboris
paradisi terrestris, z venit hoc
lignū ad Indiam z ipulsionem
fluuij padisi, z est dictus ad simi-
litudinem ipsius aloes, quia simi-
latur ei in colore et sapore cum
ipsū lignum sit subnigrum et
amarum vt aloes, z ultra hoc
dicūt isti z bene, q omnes tres
species fiūt ex illa herba zabana
in diebus canicularibus estatis.
vn pmus succus illius herbe cum
coagulatur et exsiccatur in sole
dicitur succotrinus, aliq uero
succus 2ª dr̄ epaticus, 3ª uero succus

qui est quasi fex dicta caballinus.

¶ Aliqui dicunt quod sunt diverse herbe, non in genere sed in bonitate, ex quibus iste tres maneries aloes fiunt, sicut diverse uve non in genere sed in bonitate differentia vina faciunt.

¶ Quomodo cognoscitur balsamum quod est bonum. ¶ Dico quod cognoscitur in colore, odore, sapore et pondere. In colore quia est liquor aliqualiter similis oleo sed est grossior et viscosior ad aliqualem rubedinem tendens. In odore quia est odoris aliqualiter rancidi non placabilis. In sapore quia habet saporem pinguedinis galline antiquate non recentis et ardet in gutture ac si esset oleum forte et antiquum. In ardore quia si in oculis ponatur una gutta de eo tantum ardorem in oculo generat ac si lixivium forte esset in oculo per spacium unius hore et ultra ita appareat quod oculus ardeat et quod velit exire sed dimittit visum in eo statu in quo recepit quando ponitur in oculo. ¶ In pondere cognoscitur quia si una gutta ponatur de eo in uno ciato pleno aquarum spargitur sicut oleum in aqua immo conglutinatur et condempsatur ad modum unius pile rotunde et immediate petit fundum et ultra hoc cuspide potes ipsam guttam ab ipsa aqua retrahere, quia adherebit cuspidi ipsius cultelli et exhibitur tota gutta integra ab aqua illa. ¶ Et nota quod si cicatrices subtiliandas et removendas pungendo eas cum balsamo

nil est sublimius eo; sed est in magno pretio, nec habent de eo nisi potentes et magni domini quia in mundo non est nisi una vinea illarum arbustularum, que vinea est magni soldani sarracenorum.

¶ Quid est mel tabarzed quod intrat in confectione de zinziber quam ponit mesue quia de zuccaro tabarzed verum quod reperitur. ¶ Dico quod mel tabarzed est mel album de celo cadens ad modum roris sed est albius et aliqualiter dempsius quam sit mel apium et quasi tendit ad naturam zuchari.

¶ Quomodo intelligitur illud quod ponit mesue in descriptione syrupi de acetositate citri in fine recepte cum dicit Accipe ex eo, scilicet succo, libras vii et infundes super ipsum ex julep claro depurato libras v, de quo julep intelligatur cum ipse non specificet. Dico quod intelligitur de solo zuccaro clarificato et julepizato et in formam julep redacto.

¶ Quomodo intelligitur hoc quod sepe dicitur in receptis mellis quod sufficit, aut zuccari quod sufficit. Et in unguentis dicitur cere quod sufficit. ¶ Dico quod intelligitur quantitas conveniens mellis vel zuchari, que quantitas valet species vel pulveres cuiuscumque conditionis fuerint in se colligere et conservare ita ut mel aut zucharum non sit paucum et species multe, aut pauce species, nisi de precepto peritissimi medici vel doctoris aliter faciendum est. Consilium de cera respectu unguentorum dictum est. Quando dicitur cere quod sufficit, quia aromatarius debet semper

proporcionare ceram cum oleis
quia pro duabus .ʒ. olei media
uncia cere ponenda est Et quod
dicitur cere parum tunc intelli-
gas quod debet esse unguentum molle
quia quod oleum debet ceram in aliquo
superare quia multa cera facit
duriciem in unguentis et pauca cera
facit molliciem in unguentis ¶ Et
nota ulterius quod sicut aloes est plu
rimum est in pillularum faciens
bonam conglutinacionem speciebus
dans eis bonam corporeitatem
pariformiter cera est in unguentorum
faciens bonam conglu-
tinationem et corporeitatem eis
¶ Si quis peteret vel interrogaret
potest ne fetor ab opio removeri
¶ Dico quod sic Et si queratur
cum qua medicina vel cum quo
simplici ¶ Dico quod cum alleo pistando
ʒ.i. opii cum duobus capitibus
allei deinde distilletur hec mix-
tura per alembicum et de ista
aqua distillata detur in potu
secundum discretionem quia mirabiliter
provocat sompnum et erit sine fe-
tore. et hoc pulcrum secretum
non est omnibus revelandum Et
si quis hoc secreto usus fuerit
nepharie preterquam ad opus me-
dicine maledicatur a deo
¶ Si quis quereret psilium quod
intrat in medicinis ut puta in
electuario de psilio et in requie
nicolay est ne calide complexionis
vel frigide ¶ Dico quod semen psilii
habet duplicem complexionem
quia ex parte exteriori secundum eius
corticem est frigide complexionis
et ex eius cortice fit mucilla-
go que est frigide complexionis
ponitur in electuario de psilio.
et in requie nicolai quod fit ad provocandum
sompnum. et talis mucillago fit po
nendo psilium in infusione in aqua
tepida vel in alia aqua distilla-
ta secundum preceptum medici. et non
debet longo tempore stare in in-
fusione sed convenienti tempore quia
per longam infusionem possit acquirere
caliditatem ex substantia interiori
quequidem interior substantia est calide
complexionis. et sic habes quod psilium
est frigide complexionis quantum ad
corticem et calide complexionis quantum
ad interiorem substantiam et medullam

## 2a particula de declaratione nominum medicinarum compositarum in antidotario nicolai descriptarum

Consequenter conscendendum
ad declarandum nomina
compositarum medicinarum
in antidotario nicolai descriptarum
et magis breviter et sufficienter signi
ficatio earum nota sit omnibus et
precipue aromatariis et aliis iuve
nibus practicam incipientibus Non
ergo expectes hoc a me audire
Nisi declaratione vocabulorum
ipsarum medicinarum valde com
pendiose et non virtutes earum
Quia earum virtutes ipse nico-
laus amplissime ponit
¶ Nicolaus itaque primo in pro
hemio sui antidotarii dicit quod si
quis interrogaret quot requiruntur
in omni vera dispositione dicas
tria ¶ Primum est ut omnia equaliter
.i. convenienter ponderentur tam in
speciebus quam in gummis et herbis secundum
pondus unciarum scilicet etc ¶ 2o ut
non sint nimia vetustate assumpta
¶ 3o ut herbe radices et semina
congruis temporibus sint collecta
et quod in congruis locis reposita

conficietur et ab extrinsecis alteran-
tibus corrumpi aut marcescere non
possint ut puta a fumo humiditate
vel pluvia, vel pulvere vel sole.
¶ Quot requiruntur in conficiendo.
Dico quod secundum preallegato loco dicit
Nicolaus quod tria requiruntur in con-
ficiendo. scilicet mellis puritas, et quanti-
tas que sufficit, et equalis id est conve-
niens specierum ac pulveris tritura-
tio et cribellatio et in syrupis aque
consumptionis decoctio
¶ Quare mel ponitur in medi-
cinis. Dico secundum nicolaum ibidem
quod tribus de causis mel ponitur in
medicinis ¶ Primo ad conservandum
Nam pre ceteris liquoribus mel est
maxime conservativum id est correctivum
malicie medicinarum et precipue so-
lutivarum. 3° quia sua dulcedine
amaritudinem temperat specierum.
¶ Quot requiruntur in purifi-
cando, vel decoquendo mel. Dico
quod duo requiruntur in purificando
vel decoquendo mel. primo non sit par-
coctum ne sit aquosum sit medio-
criter et sit bene dispumatum.
¶ Cognoscitur autem mel debite
coctum quando adheret digitis et quando
inspissatur cum frigescit super
lapidem.
¶ Ultimo nicolaus dicit in illo prohe-
mio, quod specierum aut pulveris
trituratio vel cribellatio fit duo-
bus modis, quia in electuariis
non solutivis species debent
subtilissime pulverizari et bene
cribellari. In aliis vero medicinis
et precipue laxativis debent esse
grossiores et non ita subtiliter
pulverizate ut sui subtilitate mo-
ram in stomaco attrahat et sic
evacuentur ne etiam subtilitate
sue villis stomaci adherendo eos que
discindendo et excoriando dissinteria

generaverunt: ut scamonea
euforbium et silia. Non laxative
vero subtilissime terende sunt
ut sui subtilitate citius corporentur
et suos effectus citissime consequantur
et hoc quidem plurimum est obser-
vandum in confortativis et restau-
rativis electuariis.
¶ Antidotarium est liber continens
antidota. Antidotarium enim est
contra datum id est continens me-
dicinas aprobatas et experimenta
contra morbos data ¶ Et nota
quod Antidotarium nicolai procedit
secundum ordinem alphabeti quia ponit
primo medicamina incipientia ab
A. deinde ponit illa que incipiunt
ab b. Et sic per ordinem alphabeti
usque ad z.

¶ Incipit ergo ab aurea alexan-
drina. Quid ergo significat
et unde dicitur. Dico quod aurea
dicitur ab auro. Alexandrina vero
ab alexandro peritissimo a quo fuit
composita et inventa
¶ Adrianum dictum est ab adriano
romanorum imperatore qui illud
composuit.
¶ Acharistum sine munere inter-
pretatur et sine munere pacientis
sanat catarrum.
¶ Athanasia id est inmortalis, quia
sepius liberat ab extremis mor-
tis.
¶ Alcanculon id est unicum bonum
¶ Anchameron id est contra mortem
¶ Antidotum emagogon id est men-
strualem sanguinem educens
provocat enim menstrua
¶ Blancha dicitur quia albos purgat
humores id est flegmaticos.
¶ Benedicta dicitur quia ab omnibus

a quibus sumitur benedicitur.
¶ Benedicta transtiberina quia transtiberim rome fuit inventa.
¶ Confectio alipte muscate Alipta .i. mixtura de asine.
¶ Confectio galliemuscate gallie, quia in gallia provincia reperta fuit.
¶ Confectio nere .i. preciose medicine.
¶ Diamargariton dicitur a dicit quod est confectio et duobus generibus margaritarum perforatarum et non perforatarum que eius compositionem ingrediuntur.
¶ Diacameron .i. ducens hominem de morte ad vitam.
¶ Diamoron a moris celsi dictum.
¶ Dianthos dicitur quia fit ex floribus de rolibano .i. rosmarini.
¶ Diasatyrion a radicibus satyrionis dicitur a satiriasis enim grece latine virge erectio, quia facit homines potentes ad coytum et incitat virge erectionem.
¶ Diaprunis vel diadamascenum a prunis damasceni dicitur.
¶ Diaprassium a prassio viridi .i. marubio quod intrat in eo plus quam de aliis.
¶ Diaolibanum dicitur ab olibano qui ibi ponitur.
¶ Diarodon abbatis dicitur a rosis que intrant in eo plusquam de aliis speciebus, abbatis, quia ab abbate de curia fuit compositum.
¶ Diapenidion dicitur a penidiis que ibi intrant plusquam de aliis.
¶ Diaciminum dicitur eo quod de cimino intrat plusquam de aliis speciebus in eo.
¶ Diadragagantum a dragaganto quod intrat in eo dicitur.
¶ Diacastoreum dicitur a castoreo .i. testiculis illius animalis qui in eo ingreditur.

¶ Diacostum a costo quod intrat in eo.
¶ Diayris dicitur a radice illa que yreos vocatur, et est radix .s. liliorum azurorum.
¶ Diacalamentum dicitur a calamento quod principaliter intrat in eo.
¶ Diacodion dicitur a codione quod est papaver nigrum et eius ingreditur compositionem.
¶ Diasene dicitur a sena que ibi ponitur plusquam de aliis.
¶ Diacitoniten dicitur a citoniis ex quibus fit.
¶ Diambra dicitur ab ambra que ibi reponitur.
¶ Diamicon dicitur a micodione .i. papavere albo.
¶ Diapapaver dicitur a papavere albo quod ibi ingreditur.
¶ Esdra dicta est ab esdra propheta qui eam composuit.
¶ Electuarium ducis dicitur ab abbate de curia qui eum composuit ad instanciam ducis.
¶ Electuarium plirisarcoticon .i. completa medicina.
¶ Electuarium de succo rosarum ab eo succo dictum.
¶ Electuarium psilitrum a psilio dictum est.
¶ Electuarium frigidum cofonis .i. illius medici qui eam composuit.
¶ Emplastrum .i. dura confectio apostolicon .i. super premissum.
¶ Emplastrum ceroneum a cera sic dictum.
¶ Emplastrum oxicroceum ab oxi quod est acetum et croceum quod est crocus.
¶ Emplastrum diaquilon .i. mollificans.
¶ Emplastrum de palma dicitur

qua cum spatula viridi vel cum palma conficitur.

¶ Filantropos amicus hominis vel misericors interpretatur.

¶ Filonium .i. novus amicus.

¶ Garofilatum dicitur a garofilis que ibi intrant

¶ Gios otheos .i. filius dei

¶ Igia greca .i. salvatrix greca a grecis inventa

¶ Idrotipion olimpiatum. Idrotipion .i. potens contra rigorem olimpiatum ab olimpio philosopho et medico eius inventore.

¶ Justinum a iustino imperatore factum et inventum

¶ Iraratiticum impiale .i. laxativum pro imperatoribus vel pro aliis delicatis hominibus

¶ Litontripon .i. conterens et frangens lapidem interpretatur

¶ Letitia dicta est quasi tristitiam auferendo et laetitiam et gaudium adducit.

¶ Metridatum hec mater omnium antidotorum vel a metridato rege qui eam composuit.

¶ Musa enea a peritissimo philosopho musa inventa

¶ Micleta .i. expta

¶ Mel rosatum appellatur a grecis rodomel.

¶ Opopira dicitur a succo et igne. Opo enim grece latine succus et pir grece latine ignis. Inde opopira .i. succus ignitos. et hoc electuarium compositum est a sanctissimis medicis cosma et damiano.

¶ Oxi dicitur ab acetoso succo malorum granatorum

¶ Oxizachara dicitur ab oxi quod est acetum et melle.

¶ Oximel compositum similiter dicitur compositum quia multe res in eo ingrediuntur.

¶ Oximel squilliticum ab aceto melle et squilla

¶ Oximel passulatum ab aceto. melle et passulis dicitur

¶ Oleum rosaceum dicitur ab oleo et rosis in eo ingredientibus

¶ Oleum mandragoratum ab oleo et succo pomorum mandragore.

¶ Oleum frigidissimum viride dicitur ab herbis frigidis et viridibus que in eo ingrediuntur

¶ Potio sancti pauli dicitur quia sanctus paulus eam composuit.

¶ Paulinum antidotum paulinum .i. magnum antidotum .i. contra datum, quia magnam virtutem et efficaciam habet ad multa.

¶ Pan cristum antidotum pan .i. totum, cristum .i. esmate unctum .i. contra datum

¶ Potio muscata a musco dicta est.

¶ Pigra galieni. pigra .i. amara a galieno inventa.

¶ Pillule sine quibus esse nolo pillule a rotunditate dicuntur sine quibus esse nolo pro nimia eorum efficacia et virtute.

¶ Pillule auree ad similitudinem auri, quia sicut aurum inter omnia metalla est preciosius sic pillule iste inter omnes preciosiores habentur.

¶ Pillule diacastoree dicte sunt a castoreo.

¶ Pillule de cinoglossa a cinoglossa herba

¶ Pillule de quinque generibus mirabolanorum ab ipsis mirabolanis denominate sunt

¶ pillē arthetice .i. mēbrorum arteus enim grece latine mēbrū

¶ pillē bechicine depresse et nō rotunde et sunt lenitiue contra tussim tenentur enim sub lingua et paulatine degluciūtur et fiūt in forma lupinorum

¶ pillē fetide dicte sunt quia fetidos et corruptos humores educunt uel quia aliqua fetida in eis ingrediūtur ut puta castoreum serapinū opoponacum sucus porrorum cū quo conficiūtur

¶ pillē cochie .i. capitales

¶ pillē de hermodactilis ab ipsis nominantur

¶ pillē assaiereth sm̄ Auicēnā Assaiaret .i. capitales et sunt leues et bone

¶ Quadrumeron .i. medicamē ex quatuor rebus

¶ Rosata nouella a rosis dicta Nouella respectu ueteris que recipiebat sulfur uiuū

¶ Rubea trociscorum, rubea dr̄ ab ipsō colore trociscata a trociscis qui ibi recipiūtur

¶ Requies dr̄ ab effectu quem inducit, quia requiem sompnū et quietem pacientibus affert

¶ Rodozachara .i. zucharū ro. a rodon quod est rosa et zachara quod est zucharū inde rodozachara .i. zucharū rosatum

¶ Rodomel .i. mel rosatum a rodon quod est rosa et mel .i. rosatum mel

¶ Sotira saluatrix interpretatur

¶ Sal sacerdotale dictum est quia utebantur sacerdotes tēpore helie prophete

¶ Syrupus dr̄ a sir quod ē confectio et opus sucus inde syrupus .i. liquida confectio de sucis

¶ Stomaticon .i. confortans de sucis, et recipitur etiā stomaticum laxatiuū stomaci. Et diuiditur quia quoddam ē stomaticum calidum, et quoddam frīm

¶ Tyriacha magna galieni, quia Galienus eam composuit, dico quod non est uerū salua pace nicolai, quia andromacus singularis medicus eam composuit. Et cū dr̄ ulterius, quod tyriacha dr̄ a trociscis de tyrō qui in ea recipiūtur dico quod nō est uerum quia sunt alie tyriace que tamē non denominantur a tyro quia trocisci de tyro eas non ingrediūtur ut tyriacha dyatesseron et tyriacha dyascoridis et tyriacha exercitualis etc. Vnde tyriacha dr̄ quasi medicina contra uenenū, et dr̄ domina medicinarum

¶ Tyriacha diatesseron .i. de quatuor rebus

¶ Tyriacha exercitualis .i. pro conseruando exercitū contra corruptionem aeris et epidimiam

¶ Trifera sarracenica dr̄ quia hominem iuuenem reddit Sarracenica quia a sarracenis inuenta et descripta ē

¶ Trifera magna dr̄ quia fructum magnum confert mulieribus et proprie matricibus earum que dolorē matricis paciuntur dando eis cū uino decoctionis arthemisie

¶ Trionfilon .i. de foliis ruthe viridis

¶ Triasandali dicitur a tribus

grene ubus sandalorum que ponitur in eo.

Theodoricon dicitur a deo datum ypiston i. bonum expertum.

Theodoricon dicitur a deo datum anacardinum ab anacardis qui in eo reponitur.

Trocisci diarodon trocisci i. rotunda confectio diarodon i. de rosis.

Trocisci diavi i. de violis que in eis intrat.

Trocisci ydiocri sic dicti a compositore qui ydiocrus dicebatur.

Trocisci croci a croco.

Trocisci squillitici a squilla.

Trocisci tyri a tyro serpente dicuntur.

Trocisci diacoralli a corallis.

Trocisci camphorati a camphora dicti.

Reliquie species trociscorum nicolai clare sunt et non indigent expositione.

Vomitus nicolai i. uomitiuum a nicolao compositum.

Unguentum marciaton a marciatone medico inventum.

Unguentum citrinum dicitur quia in pomo citri decoquitur.

Unguentum populeon quia fit de oculis arborum que populus nominatur et fit in tempore veris.

Unguentum agrippa dicitur quia eo agrippa rex iudeorum utebatur.

Unguentum aragon i. adiutorium.

Unguentum calistum dialtee i. calefactorium calistum i. mollificatiuum dialtee dicitur a duabus speciebus radicum eiusque vel altee que in eo ingreditur.

Unguentum aureum dictum est per excellentiam quia sicut aurum preciosius inter metalla sic unguentum istud inter cetera unguenta.

Unguentum laxatiuum quia unctio ex eo laxat sicut medicina laxatiua.

Unguentum fuscum i. nigrum.

Unguentum album a cerusa alba que ingreditur in eo.

Yeralogodion memphitum yera i. sacra logos i. sermo memphitum i. impedimento quia hec yera curat impedimentum sermonis et locutionis.

Yera pigra galieni ab ipso galieno.

Yerapigra constantini a constantino medico sic dicta est.

Yerapigra abbatis ab abbate de curia qui eam composuit.

Zinziber conditum i. zinziber viride conditum.

Notandum ulterius quod non est mirandum si hic non sunt collecta omnia electuaria et pillule ac syrupi trocisci confectiones et etiam aliqua plura que ponit nicolaus quia in aliquibus antidotariis reperiuntur et in aliquibus pauciora sufficit ergo quod hic sunt famosiora et utiliora.

## Sequitur 3a particula de dosibus et ponderibus ac de eorum nominibus et differentiis capitulum.

Restat amodo de dosibus et ponderibus ac etiam de eorum nominibus et differentiis diligentissime pertractare secundum cursum usum modernorum medicorum quia multa

que sunt antiqua et spernenda
quia non sunt in usu
¶ Si ergo aliquis doctus
medicus examinaverit aro-
matarium inquirendo quid est
dosis / Respondeat sic, dico
quod dosis est limitata mensura
vel pondus alicuius rei me-
dicinalis simplicis vel com-
posite. scilicet specierum aut herbarum
seminum vel radicum electuariorum
pillularum unguentorum etc.
¶ Vel melius sic diffinitur
dosis est limitata mensura vel
quantitatis simplicis vel
composite medicine solutive
vel alterative, que de se apta
nata est facere sufficientem
operationem et diminutam neque super-
fluam. et notanter dico de se quia
ratione corporis vel humoris
quandoque potest facere superfluam vel
diminutam operationem
¶ Quid intelligitur quando in
receptis ponitur ana. / Dico
quod ana est dictio arabica, et
tantum importat quantum equaliter.
¶ Quid est hoc quod in anti-
dotario nicolai in aliquibus
dispensationibus electuariorum
vel confectionum etc. dicitur medie-
tas eius est lb. i. s. qualiter hoc
intelligitur / dico quod reperiuntur
duo antidotaria nicolai i. magnum
et dicitur nicolaus magnus et parvum
et dicitur nicolaus parvus et isto com-
utuntur / Unde nota utrumque
quod in nicolao magno sunt de-
scriptiones electuariorum vel
confectionum et aliarum rerum.
In nicolao parvo sunt dimidiata
in dosi et minorata et aliquando

3ª
secundum dimidiam partem dispensa-
ta: et ideo dicitur aliquando in ni-
colao parvo medietas electuarii
descripti in antidotario maiori
ipsius nicolai et est lb. i. / Ex quo
sequitur quod descriptio integra
eiusdem electuarii in nicolao
maiori est lb. iii. et sic de aliis
dicitur Et licet hec responsio com-
muniter assignetur a multis michi tamen
minime placet quia est sine ratione
¶ Nota etiam quod in nicolao maiori
multo plura antidota et elec-
tuaria pillule et confectiones etc.
quam in nicolao minori illa tamen
que sunt in nicolao minori sunt
etiam in nicolao maiori et secundum
maiorem dosim et non e converso.
¶ Primo ergo queritur quot
sunt pondera usualia et nomina
eorum que aromatarii tenentur
scire et quibus medici et aro-
matarii cotidie utuntur
¶ Dico quod pondera vel mensure
que in arte medicinali reperiuntur
hec sunt que subtili ingenio et
solerti studio ac summa ordina-
vimus diligentia ad opus aroma-
tariorum et doctrina omnium in arte
medicinali studere volentium, ut
hiis ponderibus omnes medicine
tam simplices quam medicine com-
posite valeant ponderari /
¶ Incipiamus itaque a scrupulo
cuius hec est figura. ℈.
ascendendo usque ad libram que
ex duodecim unciis integratur,
Sed ante videamus de granis
ex quibus scrupuli et dragme
et alia pondera integrantur /

¶ Unde si queratur quare pondera medicinalia sunt per grana frumenti collecta et mensurata ab ipsis medicis ¶ Dico quod ideo factum est, ne forte per pondera artificialia interdum medici et aromatarij decipiantur, et ideo tutius et securius fuit fundamentum et stabilitatem habere ex aliqua re naturali sicut triticum seu frumentum mensurando cum prefato tritico omnia pondera. scilicet scropulum dragmam, unciam, libram, et consimilia, et sic faciendo si omnia pondera artificialia ex plumbo vel ex ere, vel ex alio metallo facta perderentur, vel secundum aliquo deficerent, tunc possumus per grana tritici que naturalia ipsa artificialia pondera emensurare ac removere et de novo fabricare et equare.

¶ Nota etiam quod grana tritici sunt secundum diversas provincias maiora vel minora. Medici autem et aromatarij pro faciendis ponderibus debent elligere mediocria et ex illis facere pondera de plumbo aut de stagno, vel de alio metallo.

¶ Si queratur quid est scropulus et quot scropuli faciunt dragmam unam ¶ Dico quod ad propositum redeundo, quod scropulus est tertia pars dragme et est pondus viginti granorum tritici.

¶ Quid est dragma ¶ dico quod tres. ℈. faciunt. i. ʒ. et sic ipsa ʒ. est pondus. 60. granorum tritici. Cuius dragme hec est figura. ʒ.

¶ Quid est exagium est pondus unius dragme cum dimidia et sic est pondus. 90. granorum tritici. et dicitur ab eo quod est sex exagios mensura quia sex exagia faciunt et mensurant unam unciam.

¶ Quid est solidum, solidum differt solo nomine ab exagio, quia tantum valet quantum exagium.

¶ Quid est aureus. etiam est pondus unius dragme cum dimidia et est idem cum exagio et solido.

¶ Item sex exagij faciunt unam unciam. et sex aurei faciunt unam unciam

¶ Quot dragme faciunt unam unciam. dico quod novem dragme faciunt unam unciam et hoc secundum Salernitanos ¶ Aliter etiam sentiunt paduani doctores, quia faciunt unciam ex octo dragmis. ¶ Neapolitani vero faciunt unciam ex decem granis. ¶ Communiter tamen tenetur, quod uncia constat ex novem dragmis.

¶ Uncia autem sic figuratur. ℥. et sic uncia paduana est minor uncia Salernitana, quia illa est ex octo dragmis. et ista est ex novem. et uncia que est ex novem dragmis est minor illa que est ex decem dragmis.

¶ Queritur ex quot granis constat uncia, tenendo igitur ut communiter tenetur quod uncia una constet ex novem dragmis et quelibet dragma constat ex. 60. granis sequitur quod uncia constat ex. 540. granis.

¶ Quid est libra et ex quot uncijs constat libra una, constat ex. xii. uncijs ¶ et. 8. ʒ. faciunt unam unciam.

¶ Et si queratur quot grana
faciunt unam libram / Dico quod
.6480. faciunt quod integram
unam libram /
¶ Quid est sextarium medi-
cinale / Sextarium est pondus
duarum librarum cum dimidia
/ Unde quando reperitur in receptis
medicinale sextarium ~~usui~~
vini vel olei vel aceti quod intrat
in medicinis Intelligitur
℔.ii.ß.
¶ Quid est cotula / Similiter cotu-
la solo nomine differt a sextario quia
est pondus .ʒ.ß. sicut est sex-
tarium ¶ Sed aliqui faciunt
differentiam inter cotulam et cotilam
quia cotula est pondus .ʒ.ß.
sed cotila est pondus novem
unciarum.
¶ Quid est obolus / est pondus
medii .℈. / Vel secundum alios est
quinta pars unius dragme /
¶ Quid est kist est pondus unius
libre cum dimidia /
¶ Quid est emina / Emina
est pondus trium librarum vel
secundum alios ueraius Emina est
pondus unius libre et unciarum
trium.
¶ Quid est calculus / Cal-
culus est pondus est pondus
duorum granorum ciceris et est
quarta pars oboli Unde quatuor
calculi faciunt unum obolum
~~Et~~ duo oboli faciunt scropulum /
¶ Quid intelligitur per grana
quando reperitur in receptis grana
duo vel grana .v. / Dico quod
intelliguntur grana tritici nisi
aliter exponeretur per medicum
dispensatum ipsam receptam.
verbigratia si diceretur grana .v. ordei /

¶ Quid intelligitur per mani-
pulum / manipulum intelligitur
in receptis quantum potest ma-
nu capi. verbigratia dicendo. ℞
camomille manipulum .i. Intelligitur quantum
potest manu capi /
¶ Quid est satil est pondus duorum
sextariorum
¶ Quid est kirat / kirath est
pondus quatuor granorum ordei
¶ Quid est canneth est pondus
.6. kirat
¶ Quid est kazmes est pondus
unius grani ordei /
¶ Quid est danich est pondus
.6. granorum ordei /
¶ Quid est sactaiath. sactaiath
est pondus unius aurei cum dimidio
¶ Quid est amulusath est pon-
dus consimile illi secundum aliquos sed ego
non credo. quia aliter reperi /
¶ Quid est azsimi est pondus
dragmarum trium.
¶ Quid est dacanniech est pondus
ʒ.i.ß
¶ Quid est dachiminum est pon-
dus .ʒ.ß.
¶ Quid est bachath est pondus
novem granorum
¶ Quid est rathei est pondus
.℈.i.ß.
¶ Versus.
Audi letando quod dicam versificando.
Collige triticeis medicine pon-
dera granis /
Grana quater quinque scropuli
pro pondere sume /
In dragmam scropulus ter
surgit multiplicatus.

Si solidū queris tres dragmas
dimidiabis.
Exagium solido differt ī nōīe solo
Aureus exagio solidoqȝ par sit^
Constat sex solidis vel ter ibus
Vncia dragmis.
Vncia pars libre duodena quis
ambiget inde
Si queris pondus quot habet
sextarius vnus.
Librarū quāqȝ pondus debet
dimidiare
Catula sextario differt ī nōīe
solo
Continet eminas sextarius ut
puto binas.
Vt fertur obolus semis scrupuli
esse probatur
Cetere mēsure nō sunt tibi nō
cine.
Nam quia sunt facte sordes
relicta
Non eris illusus si tenes quod te
net vsus.

## Sequitur quarta particula de modo conficiendi electuaria, confectiones, et quot species sunt ponēde pro libra mellis uel zuccari.

Dicendū ē deinceps ut Aromatarij sint bn̄ docti et experti in conficiēdo confectiones et electuaria quot sunt sp̄es ponēde pro libra mellis uel zuchari et quāta cera pro libra olei in vnguētis. Et etiam dicēdū ē aliquid de syrupis Julep, saccaris cordialibus et emplastris Conficiendis cerotarijs et quanta cera est ponenda et de ammixtione aquarum cum syrupis et de quantitate decoctionis in clisterijs etc.

Queritur quot species sunt ponende pro libra mellis. Dico qȝ in cuiuscūqȝ electuarij de melle compositionē vel alterius liquide confectionis ex melle. Regula est pro quacūqȝ libra mellis ponatur ℥. ij. specierū. Sed aliqui ponūt interdum pro quacūqȝ ℥. mellis ʒ. iij. specierū: et hoc forte habet uerum in laxatiuis et tpr̄e hyemali. quia in hyeme ponūtur plures species q̄ in estate

Queritur quot species ponūtur pro libra zucchari in solida confectione de zucaro ponūtur ℥. vj. vel. vij. vel. viij. ad plus speciērū pro libra. Sȝ ī confectionibus solidis sufficit ℥. ß. speciērū pro vna libra zucari quia multitudo specierū destruit aliquā saporem confectionis et gustum infirmi uel etiam stomacum sani hominis nauseat

Nota qȝ sunt alique confectiones zuchari in quibus ponūtur ʒ. iij. speciērum ut in diasatirione et in diafinicone.

Queritur de syrupis q̄tū mellis uel zuchari ponitur pro libra aq̄ uel decoctionis. Dico qȝ in confectione syruporum In quacūqȝ libra aq̄ uel decoctionis ponitur libra media mell. vel zuchari.

Queritur similiter de Julep. q̄tum de zucaro debȝ poni pro quāqȝ

libra liquoris. ¶ Dico quod in compositione julep in quacumque libra liquoris ʒ. viii. zucari vel ʒ. vi. ¶ Et aliqui ʒ. v. alii ʒ. iiii. secundum quod magis dulce aut minus dulce vis facere.

¶ Et reperitur julep longum id est aquosum modice decoctionis sed non diu durat.

¶ Aliud est julep dempsum et magis compactum quia magis coctum et tale diutius durat.

¶ Queritur quot species debent poni in saculis cordialibus vel stomacalibus qui sunt de sindone de grana vel de scarlato ponitur communiter ʒ. i. vel ʒ. i. ß. ad plus.

¶ In exterius applicandis ut empiriis et saculis semper limitantur et dosantur per manipulos.

¶ Queritur quomodo fiunt conserve. Dico quod in compositione conserve rosate vel violate si velis bonam conservam facere debes ponere libram unam zuchari pro dimidia libra rosarum vel aliorum florum pistando rosas rubeas electas cum zucharo simul in mortario vel violas aut alios flores deinde predicta conserva ad solem tenenda est diebus pluribus.

¶ Queritur quot species debent poni in cerotariis. Dico quod in cerotariis mediocribus semper ponuntur tres vel iiii. ʒ. specierum et quodlibet cerotum si est magnum debet esse quatuor unciarum sed mediocre duarum unciarum. si parvum unius ʒ.

¶ Queritur quanta cera debet poni pro libra olei in unguentis. ¶ Dico quod in compositione unguentorum pro ʒ. ii. olei ponitur communiter ʒ. ß. cere. unde pro libra una olei ponuntur ʒ. iii. cere. de speciebus autem vel de pulveribus in unguentis ponimus secundum opportunitatem vel secundum quod volumus facere unguentum durum vel molle.

¶ Queritur de pulveribus quantum debemus dare de pulveribus in potu de pulveribus absolute ʒ. i. vel ʒ. i. ß. vel ʒ. ii. ¶ Et alii ʒ. ß. cum vino aut cum aliqua decoctione apropriata vel cum aqua distillata. i. plus et minus secundum etatem et virtutem egri et secundum quod pulvis est solutivus.

¶ Si quis quereret quare syrupi dantur cum aquis vel cum decoctionibus simul commixti ¶ de syrupis dico quod non dantur contra sine aquis vel sine decoctionibus apropriatis quia syrupi commixti cum aquis efficiuntur magis liquidi et etiam melius penetrant ad membra et possunt melius transglutiri.

¶ Sed nota ulterius quod melius est ponere plus de syrupis et minus de aquis quam econtrario. quia maiorem moram trahunt in stomaco et epate et sic melius digerunt materiam peccantem quia si plus de aqua poneretur quia cum multa aqua vel cum multa decoctione sunt liquidiores et citius transeunt a stomaco et ab epate unde debemus tantam aquam ponere quanta sufficit ad transgluciendum syrupum ¶ Sed advertendum quod si volueris aliquem syrupum julepizare vel

clarificare tunc debes ponere
de aqua magis et minus de
syrupis
¶ Nota quod longe melius operantur
syrupi turbidi .i. non clarifi-
cati quam syrupi clarificati et iu-
lepizati sed aliquando ad compla-
centiam egrorum ut syrupi pul-
criores appareant necesse est eos
clarificare et iulepizare quare etc.
¶ Nota ulterius quod de syrupis
secundum communem practicam exhibemus
ʒ. i. s. et tantundem de aquis
vel loco aquarum decoctiones
simul commiscendo cum syrupo.
¶ Queritur de clisteriis quan-
ta quantitas decoctionis debet
administrari et quanta quantitas
olei et quanta quantitas cassie
vel yerepigre vel benedicte
et aliorum electuariorum ¶ Dico
quod mensura decoctionis administran-
de in clisteriis est quantitas
unius libre cum dimidia .s. xviii.
ʒ. et salis ʒ. i. et olei ʒ. iiii.
et cassie ʒ. i. et yerepigre et
benedicte secundum opportunitatem
et etatem et virtutem quia aliquando
ponimus ʒ. i. aliquando ʒ. s. etc.
Et hoc totum intellige secundum
magis et minus et secundum etatem
et complexionem quia in viris et
mulieribus fortis complexionis
predicta quantitas decoctionis
salis et olei et aliorum convenientis
quantitas, sed in pueris
et debilibus ac delicatis debet
esse minor quantitas s. subdupla
quia medietas sufficit.
¶ In infantibus vero sufficit
quantitas unius ciati in cliste-
ribus eorum etc. Et omnia fiant
secundum prudentiam et discretionem
peritissimorum doctorum medicorum
Quia sola discretio facit medica

i. colliget Auerroys.
Quinta particula est de colli-
gendis herbis, floribus, seminibus,
radicibus et aliis necessariis.

Si queratur quo tempore
sunt colligendi ab Aro-
matario flores, herbe,
semina, ac radices etc. et
ubi sunt exsiccandi et quo tempore
sunt aque distillande ¶ Dico
quod in vere .s. in mense aprilis
et maii sunt primo herbe, 2o
flores colligendi. Semina
vero sunt colligenda in estate
.s. iunii vel iulii quia tunc sunt
completa ¶ Radices vero in
autumpno sunt colligende quia
tunc folia et semina ceciderunt
vel sunt exsiccata et tunc tota
virtus herbarum est exposita
in radicibus.
¶ Dico ulterius quod herbe sunt
exsiccande ad umbram semina
vero ad lentum solem.
¶ De radicibus vero distin-
gue, quia quedam sunt ad solem
exsiccande, sicut sunt radices
magne valde grosse et dempse
sicut radix brionie, rapontici,
aristologie, gentiane, mandra-
gore, et sic de consimilibus. Sed radix
yreos petrosilini apii feniculi, ga-
riofilate, asari et consimilium, quia
sunt maioris substantie debent
ad umbram exsiccari et omnia
predicta s. herbe, flores, semina,
et radices nunquam sunt reponenda
nisi sint debito modo et congruo
tempore exsiccata et alioquin
putrescerent. Et cavendum est
ne reponantur ad fumum vel ad
solem. Aut in loco humido, vel pul-
verulento quia putrescerent et vir-
tutem amitterent, et debent conservari

dicte herbe in saculis de lino
¶ Semina vero ac flores et
radices in saculis et omnis seor-
sum et sigillatim de per se con-
seruentur.

## Alia doctrina secundum Raynaldum de villa noua

¶ Notandum est ulterius secundum
raynaldum de villa noua in
quodam suo libro de simplicibus
quo ad hoc ipse herbe et flores
radices et semina habeant
singularem virtutem ad mor-
bos sunt colligenda secundum diuersa
signa zodiaci. verbigratia
duodecim signorum zodiaci
quedam sunt mobilia. scilicet quatuor
ut aries cancer libra capri-
cornus et in istis mobilibus col-
ligende sunt herbe. semina. scilicet
ac radices laxatiue. quia felicius
et citius operabuntur. verbigratia
de herbis ut mezereon. sem-
laureola. de succis. ut scamonea
succus aloes succus yreos et
cucumeris siluestris
¶ De radicibus. ut turbith
esula reubarbarum et similia
¶ Quedam vero alia signa
scilicet alia quatuor sunt stabilia
seu fixa. scilicet scorpio. leo. taurus.
et aquarius et in istis signis
colligende sunt herbe. semina ra-
dices et semina stiptica et con-
strictiua. quia sic melius opera-
buntur contra fluxum et contra
dissinteriam et vomitum. ver-
bigratia de herbis ut plantago
mirtus sidere
¶ De succis. ut succus citoniorum
acacie succus mirtillorum.
¶ De radicibus. ut radices fili-
cum de seminibus stipticis co-
riandrum semen mirti. et semen
rose etc.

¶ De fructibus ut sorba cito-
nia granata pira nespula su-
mach galla et similia.
¶ Quedam alia vero signa
zodiaci. scilicet reliqua quatuor
sunt mediocria. scilicet neque stabi-
lia neque mobilia. scilicet media. scilicet
virgo sagittarius. gemini et
pisces. in quibus colligende
sunt solutiua nec stiptica. ut fe-
niculus apium. arthemisia. abro-
tanum menta et eorum semina.
¶ Et quia ista doctrina est nimis
speculatiua pro aromatariis
ideo dimittatur peritissimis doc-
toribus medicine qui tenentur
habere noticiam astrologie alio-
quin male curabunt egros.

¶ Alia doctrina

¶ Oportet quod colligantur in
tempore sereno et claro non
ventoso. et oportet quod non colligantur
nisi in fine bonitatis et ma-
turitatis earum in suo tempore
non quando sunt iam vetuste et
consumpte per aliquam infir-
mitatem earum. Et herbe
que colliguntur in terris mon-
tuosis duris sunt fortioris vir-
tutis quam que colliguntur in valli-
bus et in terra pingui et in vi-
ridariis et ortis. Et oportet quod elli-
gas ex herbis que sunt plus ra-
mose et cum sunt complete
cum seminibus bonis sicut debent
esse sicut sticados nectastrum
mesir. i. diptamus z. asach. i. tri-
bulus marinus et ysopus et
similia. Et flores oportet colligi
antequam cadant ut flos alcanne ca-
momille viole zabarj. i. ysemini
et similia. ¶ Sed tempus colligendi
fructus est quando sunt boni maturi
sicut vue et ficus dactili pira poma et similia.

Et sem͡a oz colligi qn̄ incipiunt exsiccari et cadere, et antequam cadat sup͡ eā aqua que illa destruat. Et tempus colligendi radices et ramos et cortices est quando incipiunt cadere folia eorum. ¶ Oz q͡ succi plantarum ex foliis et ramis earum exprimantur dum sunt adhuc tenere sicut est menthe et gariz et est semper nimis succus ypoquistidos absinthij z siliqz. ¶ Et oz q͡ vulneretur planta seu arbor qn̄ volueris accipere lac eius, vel lacrimam donec planta viget adhuc in terra z nō postq̄ ē euulsa sicut cū volueris facere opiū, euforbiū z silia.

¶ Generaliter scire debes, q͡ radices et folia et rami non debent exsiccari antequam sint abluta cū aqua a terra et sordibus earum z q͡ siccentur in loco umbre ubi nō sit humiditas. ¶ Oz q͡ reponas flores herbarum medicinaliū in capsis de ligno et sit͡ herbas siccatas et radices.

¶ Semina vero seruentur in sacculis ex corio ea ad meliorem conseruationem scd̄m diascoridem.

Alia doctrina de mense marcij

¶ Quoniam prefata doctrina pro aromatarijs et precipue rudibus est aliqualiter confusa, ideo si quis interrogaret in quibus mensibus particulariter et sigillatim sunt colligende herbe, flores semina et radices, ¶ Respondeo q͡ in mense marcij, quia medietate temporis principium est veris et terra incipit germinare z vestire se herbis et floribus q̄ terra fuit nuda in hieme ꝓpter ventos niues z frigora.

¶ Collige ergo ergo predicto mense violas z fac de eis trociscos dyani .i. de violis z syrupum violatum, conseruā violatam. Et si poteris ex eis succum facere, conserua etiam. Et potes etiam violas distillare et aquā usui reseruare. Ex similibus etiam ex eis ad umbram eodē tempore et reserua eas.

¶ Collige eodē mense fumi terre et fac ex eo syrupum maiorē z ex eo succum extrahe et reserua, licet etiam possis in principio aprilis omnia predicta ex fumo terre facere. Item in isto mense incipit colligi mastix usqz ad finē mensis aprilis.

¶ Collige squillam scd̄m artem et fac acetum squilliticum et loch de squilla, z oximel squilliticū.

¶ De mense aprilis Collige eufragiam z distilla eā. et etiam succū reserua eam quia pro oculis optima est.

¶ Collige flores boraginis et buglosse z fac conseruas ex eis, et reserua, z ex foliis distilla z fac aquam boraginis z buglosse. ¶ Collige oculos populi z fac unguentū populeon, quod ē optimū ad somnum prouocandum in febribus et in frenesi.

¶ Collige mētum maioranā citrariam ysopum maiorem sparagos et reserua.

¶ Collige flores yreos z fac oleū

yrinum ¶ Collige mellilotum et fac emplastrum de mellilloto
¶ Collige flores rorismarini et fac dianthos et conservam cum zucaro et ex eis exsicca et usui reserva et fac oleum ex eis si volueris.
¶ Collige etiam scolopendriam betonicam et capillos veneris et distilla ex eis et etiam desicca et reserva ¶ Collige etiam medas? keyri i. violas citrinas et fac ex eis oleum quod dicitur oleum de keyri.
¶ Collige bursam pastoris et distilla et exsicca ex ea et collige cretanos? et distilla etc.
¶ De mense madii Collige rosas rubeas et distillas ipsas recentes et fac aquam rosatam et purifica ad solem et exhic sume ex eis et usui reserva et fac ex eis conservam rosatam i. zucharum rosatum mel rosatum colatum rodomel oleum rosatum bonum secundum artem/
¶ Pro quo nota quod dupliciter potest fieri oleum rosatum. Primo ex rosis incompletis et ex oleo omfancino? et tale oleum est magis stipticum et confortativum et frigidum ¶ 2o potest fieri oleum rosatum ex oleo olivarum maturarum et tale oleum est magis anodinum et dolorum sedativum et non est adeo frigidum sicut primum etc. Et exsicca ex eis et usui reserva. Et reserva etiam botros carum? i. rosiculas incompletas ante operationem que sunt stipticiores et cordialiores et fac etiam ex eis trociscos diarodon.

¶ Collige etiam eodem mense papaver album et rubeum et nigrum et usui reserva et fac opium eodem mense / fac ypoquistidos ¶ Collige camomillam et fac ex eis oleum et exsicca flores eius et reserva
¶ Collige etiam flores genestre et fac ex eis mel genestratum bonum pro scropulis et fac etiam ex eis aquam distillatam pro arenulis.
¶ Collige flores malve et fac ex eis mel malvatum bonum pro asmate et tussi/
¶ Collige anetum et fac oleum Et collige capita jusquiami et sicca ¶ Collige semen burse pastoris et reserva ¶ Collige salviam et distilla et desicca ex ea et usui reserva ¶ Collige etiam hermodactilos secundum quosdam Sed ego puto quod melius colliguntur de mense augusti. et collige gummi edere? et gummi olivi etc.
¶ Colligitur etiam in isto mense manna tam in oriente quam in calabria quam tamen ros ille preciosus de celo cadit/
¶ De mense junii Collige omnes herbas frondas ut cedron origanum pulegium sticados pulmonariam celticam abrotanum absinthium prassium i. marrubium eupatorium ypericon camedreos camepitheos saturegiam rosmarinum centauream maiorem et minorem, Arthemisiam agrimoniam pentafilon millefolium betonicam

thimum epithimum ysopum et omnes alias herbas usuales quarum neque semina neque radices sunt in usu ¶ Collige etiam balaustias et reserva ¶ Fit etiam aloes in fine huius mensis ex succo herbe zambane ¶ Fit etiam succus liquiritie ex radicibus eius et ibi reservatur. Sed radices eius de mense augusti colliguntur et exsiccantur et reservantur ¶ Collige ciminum et anisum

¶ In isto etiam mense colligitur thus, vernix, armoniacum, opoponacum. Sed aliqui dicunt quod colligitur de mense maii.

¶ In isto etiam mense fit scamonea et est succus inspissatus cuiusdam speciei volubilis vel cuiusdam speciei volubilis transmarini etc.

¶ De mense iulii Collige semen laureole et fit lacterum ex lacte anabulle.

¶ Collige succum cucumeris agrestis et reserva et fac inde pillas ad ydropisim.

¶ Collige coriandrum semen fenugreci semen geneste semen staphisagrie semen maratri Semen petrosellini apii eruce semen iusquiami gariofilorum semen sinapis eruce semen arnoglosse .i. plantaginis semina quatuor minora frigida .s. scariole endivie lactuce et portulace. Et semina quatuor maiora frigida scilicet anguria citruli melonis et cucurbite ¶ Collige etiam semen levistici et semen acute et pastinace

silvestris carvi ¶ Fac etiam acaciam in fine huius mensis ex succo prunellorum silvestrium et ad solem desicca

¶ Collige etiam anthera in fine predicti mensis vel in fine augusti.

¶ Collige etiam siseleos .i. semen seleris montani et semen nasturtii et pigami .i. semen rute

¶ De mense augusti Collige radices eufragie et radices liquiritie radices acori et radices api galange radices mandragore radices brionie radices brusci radices reuponticum Cassie lignee radices piretri. Collige radices diptami et tormentille et radices fabe inverse .i. solatri maioris

¶ Collige radices gentiane radices esule et aristologie longe et rotunde et radices cucumeris Et collige radices enule. radices tribus consolidarum radices fu .i. valeriane radices meu et radices gariofilate radices sucaha et bdeguar radices apii petros. feniculi brusci sparagi yreos etc.

¶ Collige etiam in isto mense semen et radices peonie ¶ In isto etiam mense fit viscus .i. fit etiam terbentina de granis viridibus.

¶ De mense septembris Collige agnum castum .i. eius semen et radices capparorum ac utriusque ellebori albi .s. et nigri.

¶ Collige radices peucedani

Collige lingua ceruina idest
scolopendria et collige capillum
capill' veneris. Collige etiam
florem et semen feniculi. et
exsicca, quia tunc perfectum est
semen eius,

De mense octobris Collige
filopendulam Centonicam
absinthium et ciclamen.
Collige lignum cedri. Et secundum
aliquos collige esulam et me-
zereon etc.

De mense ~~ianuarii~~ nouembris
Collige baccarum lauri; et
fac oleum laurinum et oleum de
lentisco. Et collige fructus
Juniperi et poma mandragore

De mense Januarii Colli-
ge fructus buxi et radices
ypericorum Confice eas et cor-
ticem citri confice et reserva.

De mense februarii Collige
cimbalarias et incipe colligere
violas usque ad mensem marcii
inclusiue ut supra dixi etc.

nota Nota ulterius quod omnes aque
distillate que fiunt ex herbis de-
bent fieri in vere. scilicet a medietate
marcii usque ad totum mensem
maii inclusiue et postquam facte fue-
rint debent stare ad solem sal-
tem diebus. xv. ut purificentur
a fumo: sed si vis ut nullo modo
sapiant distilla eas in duplici
vase. scilicet ponendo alembicum in
balneo marie etc.

Si cupiunt rudes aromata-
rii esse docti de infinitis fere
preparationibus multarum sim-
plicium medicinarum mineralium
et non mineralium ut puta de
ablutionibus combustionibus
purificationibus preparationibus
specierum salis et decoctionibus
et extractionibus succorum
et quasi de infinitis rebus hoc quod
recurrant ad librum Serapionis
qui liber est eis valde necessarius. — zeruitio vtilis.
Unde sepius studeant et le-
gant in eo cum bona intelligentia
quia in eo infinita reperient
ex quibus non solum utilitatem
sed honorem cum gloria repor-
tabunt

Sexta particula de conserua-
uatione tam simplicium
quam compositarum medicinarum

a Amodo discurrendum est
et breuiter loquendum
de conseruatione tam sim-
plicium quam compositarum medici-
narum. et licet Sapio in capitulo
xxxiiii. antidotarii qui ponatur
stabilitatem temporis duratio-
nis quarundam medicinarum com-
positarum de simplicibus tamen
nullam facit penitus mentionem
Ergo itaque decreui ad claro-
rem aromatariorum notitiam
primo uelim quandam doctrinam
hic tradere in perdurationem
conseruationem medicinarum
tam simplicium quam compositarum
deinde specialiorem doctrinam
faciam de predictis quo parti-
culariter quasdam earum tantum
sub compendio notificando
et saltem ex hac doctrina
instruantur aromatarii ue-
teres ac medicinas resolutas
abiicere ut docti medici et fa-
mosissimi doctores ex hac fide-
litate aromatariorum utilitatem

consequi valeat et honorem.
In primis igitur debet quilibet
aromatarius ibi locum aptum
eligere in quo apothecam ap-
tissimam ad res medicinales con-
servandas, ita quod sit a ventis et a sole
defensa, et quod non sit humida nec
fumosa ac pulverulenta, quia
predicta omnia debent tam sim-
plices quam compositas medicinas
corrumpere aut alterare.
Incipiamus ergo cum dei gratia
a floribus, herbis, seminibus,
et radicibus. Pro quo notandum
est quod quanto aliqua res simplex
fuerit rarioris substantie tanto pau-
ciori tempore conservatur quia
est magis apta resolutioni
et contrariis alterantibus re-
solvatur et precipue si longo
tempore teneatur, quia secundum
philosophum 4° physicorum tempus est
causa corruptionis omnium, quia
omnia senescunt in tempore. Et
quia flores herbarum sunt
rarioris et subtilioris substantie quam her-
be, ideo minori tempore con-
servantur et non ultra. Quare in capi-
te anni renovari debent abicien-
do veteres et reponendo novos
exsiccando eos prius ad umbram
ut sunt viole rose boraginis et
buglosse mellisse flores camo-
mille mellilotum flores anthos et
rosmarini. Consilium herbe
licet possint magis conservari
quam flores tamen est ut
singulis annis renoventur.
De seminibus vero dico quod usque
ad duos annos conservantur preter
minuta semina et quatuor minuta
semina frigida que debent
quolibet anno renovari: et similiter
ex fructibus pinee et fistici re-
novantur de anno in annum. Et
amigdale cum avellanis, prunis
fructibus sebesten et dactilis.
De radicibus distinguendum
est, quoniam quedam sunt subtiles
et rare substantie, ut radices
valeriane et petrosillini apii
gariofilate barbarum, saxifra-
gie diptami, tormentille her-
modactilorum et consimilium et iste
quolibet anno renovantur.
Alie sunt grosse et dempse
substantie ut reuponticum, et radi-
ces brionie peucedani, meu,
aristologie et iste conservantur per
duos et tres annos.

Secunda de conservatione simpli-
cium solutivorum

Sequamur ergo et dicamus
de conservatione et perduratione
solutivorum simplicium secundum or-
dinem mesue de uno quoque si-
gillatim pertractando.
Si ergo queratur, quanto
tempore durat aloes. Dico quod pre-
servari usque ad septem annos, sed
cave ne in loco humido teneatur
nec in loco ventoso, nec ad solem
nec ad fumum nec prope ignem.
Nota ulterius quod aloes potest
sophisticari unde pro hoc lege
mesue in capitulo proprio de aloe
et ibi reperies conditiones veri
aloes et adulterati. Dosis eius
est ab auri ·ʒ· usque ad ʒ iii. Quid
autem sit aloes et quomodo fiat
et ex qua herba et in qua pro-
vincia dictum est sufficienter
supius in prima particula cum Nota

de ligno aloes mentio facta fuit
de mirabolanis.
Dico quod mirabolani quinque sunt species et secundum opinionem aliquorum ab una et eadem arbore producuntur. In diversis tamen temporibus unum citrini durant duobus annis.
Emblici vero et bellerici octo annis conservantur. Sed kebuli conditi per decem annos conservantur. Indi septem annis. Unde citrini minori tempore omnibus conservantur quia rariores sunt et ex primo germine producuntur.
Et omnes qui sumunt mirabolanos vitent boream super ventrem et non comedant pisces.
Potio citrinorum a ʒ. ii. usque ad ʒ. v. Et infusorum a ʒ. v. usque ad xx. Et potio kebulorum tritorum est a ʒ. iii. usque ad iiii. Et infusorum a ʒ. iiii. usque ad x. Potio indorum est sicut kebulorum. Potio vero emblicorum tritorum est ab aureo i. usque ad iiii. Et infusorum ab aureo iiii. usque ad aureos x.
de reubarbaro.
Dico quod reubarbarum quod est electum non adulteratum neque exsiccatum per annos quatuor conservatur. Conservatur autem a putrefactione si sublimatur cum cera liquefacta solum cum modica terebintina aut cum cera sola. Aut si sepelliatur in melle tabarzed, aut si sepeliatur involvatur in milio aut in semine psilii. Nota quod reubarbarum potest adulterari unde lege mesue in capitulo proprio de reubarbaro et ibi disces cognoscere verum reubarbarum a falso. Potio eius infusi in ea est a ʒ. i. usque ad x. Et potio contriti est a ʒ. i. usque ad iii.
de cassiafistula.
Dico quod cassia fistula servatur per annum et in loco humido non tamen excessive. Melior autem cassiafistula est illa que est gravis in pondere et pinguis in scissura ac lucens, et nigra in colore et grossa in cannulis ac dulcis in sapore. Nota tamen quod aliqualiter ledit stomachum et movet in ventre torsiones.
de tamarindis.
Dico quod tamarindi sunt dactili acetosi et sunt ex fructibus palmarum silvestrium. et sunt ex medicinis nobilibus non excedentes in operatione et conservantur per annos. Et caveas ne aqua aut alie res mollis et humida cadat super eos quia putrescerent. Modus autem conservandi eos est ut eos unum siccatos et calcatos in vase vitreo bene obturato reponas et in loco recenti et sicco ipsius vas teneas. Potio eorum est ab ʒ. ii. usque ad vi.
De mana.
Mana est ros de celo cadens super quasdam plantas, cuius materia est vapor qui elevatur. cuius accidit digestio et maturatio in aere. qui est equalis et fecundus in locis asperitatibus, unde aliquando cadit super lapides et aliquando super arbores, et cum cadit super arbores suscipit proprietatem et virtutem

ramorum et plantarum ac fo-
liorum et flores super quos cadit. Durat autem et conservatur per
annum bene obturato vase. fumus
autem pulvis et pluvia ac omnis
humiditas destruit ipsam. falsifica-
tores autem adulterant eam, unde
lege mesue et aliquando fit manna
materia adulterata et zucaro
albissimo et amido sil' etc. Dosis
eius est a ʒ. vi. usque ad. xv.

de aqua lactis.

Dico quod est materia infusionum. et
debet esse recens boni saporis
et odoris, et non diu teneatur
quia cito corrumpitur. et fit ex
lacte juvenum caprarum et ni-
grarum et recentem fetuum.
post hec est aqua lactis ex lacte
ovium, sed caprarum est melior
et efficacior. Dosis eius est ab. ʒ.
vi. usque ad ℔. iii. De rosa.

Dico quod rosa est duarum specierum
s. alba et rubea, unde alba est ma-
gis frigida et magis stiptica
quam rubea. Rosa autem rubea est
nobilior alba. Cuius succus est,
dum est recens est aliqualiter
solutivus, et est etiam eius succus
calidus in primo gradu per exclu-
sionem eius a re terrestri. Et
rose rubee exsiccate sunt ma-
gis stiptice quam recentes. Et rose
rubee incomplete sunt magis
frigide et magis stiptice quam com-
plete: et semen earum est adhuc
fortius in frigiditate et in stip-
ticitate. Conservantur autem rose
usque ad annum, et similiter earum succus.
Sed ut melius a putrefactione
reserventur parum olei fundendum
est super eo in fiala, vel in vase in
quo reponitur, deinde obtu-
retur obturatione optima
ne exalet virtus eius etc.
potio succi rosarum est ab. ʒ. i.
usque ad. ii. cum zucaro. Et
potio syrupi facti cum succo
earum est ab. ʒ. ii. usque ad. v.

de violis.

Dico quod viole sunt medicina
temperata conveniens, et est
ex primis floribus veris. Et
debent colligi de mense fe-
bruarii, quando non invenitur ca-
lor aut pluvia dissolvens dis-
sipans virtutem eius. frigida
est et humida in primo gradu, que
vero est sicca est minus fri-
gida et minus humida. succus
eius est lenitivus nature. Con-
servatur succus ipsarum per annum.
Et similiter viole sicce conservantur
usque ad annum et non ultra. In
capite vero anni renovari
debent abiciendo antiquas re-
ponendo novas. potio earum
est ab. ʒ. ii. usque ad. iii. Et
conditi earum ab. ʒ. i. s. usque ad
. iii. Julep earum ab. ʒ. iii.
usque ad. vi. de absinthio.

Dico quod melius absinthium
est romanum et precipue quod
est remotum ab odore et a
punctura maris resolvit virtutem
que est in superficie foliorum
eius. Est autem absinthium
calidum in primo gradu siccum in secundo. Con-
servatur autem per annum. Colligi
autem debet de mense aprilis
de mane ante ortum solis. et non
in meridie, dum sol verbera-
bat ipsum, quia tunc a calore so-
lis virtus superficiei foliorum eius

est aliqualiter resoluta. dosis eius decocti aut infusi potio est a ʒ. v. usque ad. vi. Et puluis eius a ʒ. ii. usque ad. iii.

## de sticados

Dico quod utilius et melius est sticados arabicum et meliores sunt flores eius. Ca. est in primo sic. in 2º gradu et conseruantur per unum annum uel usque ad duos uel ad plus. Decoctionis eius potio est ʒ. v. usque ad. vii. Et pul. eius a ʒ. ii. usque ad. iii.

## de fumo terre

Dico quod fumus terre est ex medicinis benedictis, cuius habundantia minuit eius ponticitatem, et est solutiuus melancolie. Melior est cum herba est uiridis, et cum folia sunt plana et tenera, cum flos est sub uiolaceus. Citrinus uero non est bonus. Cuius collectionis melior est in principio ueris. Eius uero semen in fine ueris colligitur. De complexione uero eius aliqui dicunt quod est frigide complexionis in primo sed secundum ueritatem declinat ad latus caliditatis et licet caliditas sit in eo minor frigiditate. tamen in superficie dominans et est siccus in 2º et semen eius calidum inter omnia simplicia mundi non reperitur et par in purificando sanguinem et precipue si succus eius bibitus calidus cum zuccaro uel commixtus cum aqua lactis. Succi ipsius est potio ab ʒ. s. usque ad. ii. Et decoctionis eius a ʒ. x. usque ad. xv. Et puluis eius a ʒ. iii. usque ad. v.

## de eupatorio

Dico quod eupatorium secundum Salernitanos est saluia siluestris. secundum Saphionem est canapacia ad modum lini. sed ideo canapacia dicitur quia ad illius similitudinem producit folia. Secundum uero Mesue est herba longitudinis cubiti amaritudinis multe. folia cuius sunt folia centauree minoris uiridia: sed sunt aspera et incisa etc. Colligitur in fine ueris Et melior operatio est succi eius Ca. est in primo sic. in 2º. Conseruatur autem per annum tam herba quam succus eius. decoctionis eius potio est a ʒ. iii. usque ad vi. Et pul. eius a ʒ. ii. usque ad iii. Et loco eius ponitur in defectu ipsius absinthij et assari an. medium ponderis ipsius

## de epithimo

Dico quod epithimus dicitur quasi supra thimum nascens. Et est una ex herbis super excrescentibus aliis plantis et quasi est similis cuscute et aliquando excrescit super halasce. et aliquando super species origani. et est duplex creticum et syrium. est complexionis ca. et sic. in 2º licet Ga. ponat ipsum ca. in 3º. Conseruatur per annum et non ultra. potio eius in decoctione est a ʒ. v. usque ad. xx. Et pul. eius a ʒ. ii. a ʒ. iii. usque ad. vii. Et ille qui sumit uitet acceptionem eius estate.

Dico quod quidam dicunt quod est ysopus ortensis alij dicunt quod est una ex speciebus origani ca. complexionis et sic. in 2º gradu. Et conseruatur per annum. dosis eius decoctionis est a ʒ. v. usque ad. x. Et pulueris eius a ʒ. ii. usque ad. iii.

Muza. gⁱⁱⁱ.

¶ de ysopo.

¶ Dico q ysopus est duorum modorum, ortensis et montanus. Duiat et conservatur per annum. Decoctionis eius potio est a. ʒ. vi. usque ad. x. Et pulvis eius est a. ʒ. iii. usque ad. vi.

¶ de prunis.

¶ Dico q prunorum quedam dantur ad alterandum: et quedam ad solvendum. Nam alba et citrina ad opus medicine non valent. Et excelsi sunt muza. i. medii saporis inter acetum et dulcem: et hec dantur magis ad alterandum sanguinem et coleram et calidos humores. Et sunt ex eis dulcia. et hec dantur ad solvendum ventrem. Sed utraque tamen muza quam dulcia alterant. sed muza magis et utraque solutionem levem faciunt. sed plus et minus. quia muza minus et dulcia magis. et humida plus lubricant quam sicca. damascena vero et armena in omnibus illis sunt fortiora. dulcia sunt fere temperata inter caliditatem et frigiditatem: sed magis declinant ad frigiditatem aliqualem. et sunt humida in 2°. Muza vero sunt frigida in principio 2°. et omnia sunt refrigerativa et lenitiva nocent stomaco sunt pauci nutrimenti. Conservatur per annum. potio aque. i. decoctionis earum est circiter lb. i. cum zucharo etc.

¶ de psillio

¶ Dico q psilium est de alterantibus facientibus solutionem. Et est triplex album subnigrum et purpureum. melius autem est illud quod est grossum completum grave. ita q submergitur in aqua. habet autem psilium complexionem diversam in duabus substanciis eius que separantur per se. quia in cortice exteriori est frigide et humide complexionis in 2° gradu secundum dya. Substantia enim eius medullaris est ca. 2. sic. in 4° gradu et acuta vehementer rubificans rubificativa et inflativa. ¶ Conservatur autem ab uno anno usque ad duos. potio ipsius est a. ʒ. i. usque ad. iii. Timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum. ¶ Nota q in predicto capitulo de psilio videtur esse discordia inter ruffum et diascoridem de complexione psilii quia dicit amesue q substantia exterior extensa super corticem est ex multum infrigidantibus. Et dicit ruffus q est frigida et humida in 3° et excessit. et dicit dya. q est in 2°. illud est verius. Dicit enim ypo. q temperamentis q non elevatur res frigida iuncta cum humiditate supra secundum gradum. Et dicit Ga. q humida res non transgreditur metam ad quod potest regimen hominis extendi. per quod non invenimus humidum: sed igitur potest esse cum mali cum quantitate sua movetur ad continui solutionem etc.

¶ de capillo veneris.

¶ Dico q capillus veneris qui aliis nominibus dicitur coriandrum putei vel capillus fontium vel capillus hominis nemoralis vel capillus porcinus. ponitur temperate

cōplōis · Ba. sz uix conseruatur
p annū quia est subtilis z ra
re sbe̅ s potio decoctois eorū.
q̄ quer̄itur p ipōs solutio p
uentrem. est circa ℔. j.

de assaro
Dico q assarū est radix
herbe aromatice, que assara
bacara dicitur. et est calida
et sicca in 3.º gradu licet dya
dicat uerius q ē ca. in 2.º et
sic in 3.º Et est magis p uoca
tiuū et subtiliatiuū et apiti.
et opilationū q̄ solutiuum.
Conseruatur aūt p anū. Do
sis eius infusi potio ē ab aū
. ij. vsqz ad. iiij. Et puluis eia
a. 3. j. vsqz ad aur.

Dico q gallorū electio su
mitur a quatuor conditiōibz,
primo a colore qz ruffus est
melior aliis. 2.º ab etate, qz
quāto antiquior tanto melior,
3.º a motu quia ille qui est ue
lotior ē melior et calidior. 4.º
a coitu et q sit fortis in dimi
cando, quia si fortiter dimi
catur fortius coit. potio iu
ris galli ē circa ℔. ij.

Dico q volubilis ē pluriū
sperum sm mesue. sz magna
p ualet omnibus, nisi q apit
orificia uenarū z educit sang.
et multum extenuare et est
ultima species uolubilis. s. ex
quarta specie fit scamonea. s. ex
lacte eius coagulato. z est puniro-
sa. lege mesue quia inter p̄dcās
species tertia species habens fo
lia citruli ampule adherentis ad
inuicem z uocatur lupulus et est
valde mundificatiuis sanguinis,
magna uero facit flores albos

strictos in pricipio z latos in fine
ad modum cube. et hēt lac z et
potio decoctionis magne est circa
. ℥. iiij. Et infusionis eius in aqua
casei potio est circa ℔. j.

de scamonea
Dico q scamonea est solutiuū
magnum, quia est solutiuū solu
tiuorū qz est solutiuū antonomasie
. i. p excellētiā, z est generalis
sup omīa solutiua. fit aūt ex suc
co cuiusdam speciei uolubilis, cuius
folia sunt in modum sagitte ala
tere, nascitur autem in anthio
chia et armenia z corrasceni z i
partibus arabie. sz anthiochena
p ualet aliis. vn̄ lege in mesue
quia omīa ibi latius repies.
Sed nota q bona scamonea
debet hr̄e septem ēdiciones.
primo ut in colore sit cinericia
et subpallida. 2.º ut sit lacticina
p applicatione ipius ad linguam
, ut resultet lac ex tali tactu lin
gue cum saliua, 3.º ut sit te
nera multe facilitatis ad frau
gendum z puluerizandū. 4.º q
sit leuis in pondere. 5.º q sit
boni odoris. 6.º q sit anthiochena.
7.º q sit antiqua non recens.
Vlterius nondum ē q ipsa
scamonea habet septem nocu
menta. primū est q ledit stomacū
et cor. 2.m quia generat uetosi
tatem mordicatiuā. 3.m gene
rat caliditatē et īflāmationem
excessiuā. 4.m excoriat ītestīa
et apit uenas. 5.m q eius sero
sitas hēt excoriare. 7.m qa
eius impressio est supra vir
tutes et mēbra. Corriguntur
aūt ista nocumēta si cū ma
stice preparetur et melius si de
coquatur in citonio, z fiat dia
gridiū. Conseruat autē annis. 12.

Dosis eius a grani. v. usque ad .xij.

## de turbith

Dico quod turbith est radix herbe cuius folia sunt sicut folia ferule. minora tamen et est calidum in 3° gradu. Et turbith bonum debet habere septem proprietates. prima quod sit candidum. 2° quod sit vacuum et arundinosum. 3° quod sit gummosum. 4° quod cortex sit citrinus. 5° quod sit planum non asperum. 6° quod sit recens. 7° quod sit facile frangibile. Item nocumenta turbith principaliter sunt tria. Primo quod generat ventositatem et est tarde solutionis et hoc tollit mixtio zinziberis cum eo. 2° quod causat nauseam et subversionem in stomaco et hoc tollit medicina confortans eum. sicut est mixtio masticis et gallie aromatice. 3um est quod exsiccando corpus in principio macrescere facit et hoc tollit zucharum et oleum amigdalarum dulcium. Conservatur autem turbith annis quatuor et ultra. Dosis eius pulverizati et contriti est a ʒ .i. usque ad .ij. Et decoctionis eius a ʒ .ij. usque ad iiij.



## de Agarico

Dico quod agaricus est duplex scilicet masculus et femina: sed femina est melior quia masculus est longius niger et gravis durus habens nervos in confractis suis. Sed femina est laudata in sex proprietatibus a sapientibus. quarum primo debet esse albissima. 2° levis. 3° velociter frangibilis. 4° porosus. 5° quod gustui in principio appareat dulcis deinde sequitur amaritudine. 6° quod sit stipticum aliqualiter. Est calidum in primo siccum in 2° et ipse est ex mediis magni nocumenti et nascitur prope magnas arbores: quibus iam ex antiquitate accidit corrosio et putrefactio. et est eius generatio. sicut generatio fungorum. unde quidam extimaverunt quod sit fungus et ita videtur. et est medicina similis secundum democritum. et confert omnibus etatibus et in omni tempore. et est medicine omnium opilationum. Conservatur autem per annos tres usque ad 4or dummodo ab humiditate pulvere et fumo preservetur. Dosis eius est pulverizati contriti a ʒ .i. usque ad .ij. Et in decoctionibus a ʒ .ij. usque ad v.

## de collоquintida

Dico quod colloquintida est cucurbita deserti. et nascitur in planta quam etiam fel terre vocant eo quod in toto ambitu ortus eius interficit herbas. et est sicut venenum eis. unde arabes appellant eam necem plantarum. et terra super quam iacet videtur sicut adhusta. Et folia eius sunt similia foliis cucurbite et sic extenduntur super terram. et est duplex. scilicet masculus. et femina. masculus est gravis cum durities attinens asperitati et nigredini: sed femina est a sapientibus magis laudata: et est ut habeat has proprietates. ut primo sit grossa. 2° levis. 3° quod sit complete maturitatis ita quod numquam colligatur immatura. 4° quod interius sit pulposa et rara ac levis. 5to quod sit albissima. 6° quod quando planta eius habet unam solam colloquintidam abscindatur et nullo modo colligatur. et est calidum et siccum completis in 3° Nocumenta autem colloquintide sunt quatuor. Primum quod infert nocumentum stomaco cordi et epati. 2um est turbatio et inflatio No.

a quo subversio ventris et omnium
intestinorum ¶ 3ᵘˢ est apertio ve-
narum cum sanguinis emana-
tione ¶ 4ᵘˢ est viscerum et ve-
narum excoriatio et non est
pulverizanda in ultimo, nec
subtilissime, quia excoriaret visce-
ra et venas ¶ Conservatur autem
per annos tres et ultra si indebi-
to loco reponatur ¶ dosis ipsius
est a drach. vi. usque ad. x. ¶ Qui
autem sumat ex ea timeat frigus
et estum. de polipodio.

Dico quod polipodium est radix cu-
iusdam plante que diversificatur
in ortu suo, quia aliquod nascitur
super arbores quercinas unde propter
hoc grecus nominavit filicem ar-
borum, quia in foliis similatur
filici: et aliquod nascitur super
lapides: sed quod nascitur in
arboribus et maxime quercinis
quercinis est perfectius, quia lapideum
habet humiditatem superfluam
et indigestam causans ventro-
sitatem et nauseam et subversi-
onem, et est ca. in 3° et sic. in 2°.
et quod nascitur in arboribus
glandium debet habere octo pro-
prietates bonas ¶ primo quod sit
quercinum ¶ 2° quod sit grossum ¶ 3°
quod sit solidum ¶ 4° quod sit nodosum
¶ 5° quod eius color aliqualiter parti-
cipet nigredinem, sed parum ¶ 6° quod in
eo sit aliquid aromaticitatis ¶ 7°
quod in eo sit dulcedo cum aliquali
stipticitate relinquens in gu-
stu ex amaritudine aliquid et
precipue quando est recens ¶ Corri-
gitur autem eius ventositas misce-
do cum eo anisum vel semen fe-
niculi, aut parum zinziberis ¶ Conser-
vatur autem usque ad annum et valde
confert ydropisis et siccat ad umbram

dosis eius est a. 3. ii. usque ad. iiii.

de squilla.

Dico quod squilla idem est quod cepe
maris. et sicut dicit Ga. quod duplex est
eius iuvamentum, quia solutione
educit materias. et cum hoc preparat eas
ad solvendum. et illa est melior
que habet partem .i. sociam: que
enim sola nascitur est venenosa
sicut dicitur, et que nascitur in
locis liberis est melior, et est ca. et
sic. in 3°. et non scinditur cum cul-
tello ferreo sed ligneo et non ca-
piantur partes eius extreme .i.
exteriores, nec medullam eius
quia non valent: sed partes me-
die eius meliores que habent sple-
dorem, et cum sumitur filo separatim
suantur, ne una pars aliam tangat
et exsiccentur ad umbram diebus
quadraginta. et postea ex eis fiat
acetum squilliticum et looch de squilla
¶ Conservatur suspensa annis duobus
planta vero in terra durat annis
x. ¶ Potio cum aceti eius est a. 3.
v. usque ad xii. ¶ Et oximellis est ab
an. vi. usque ad. 3. iiii. ¶ Et troci.
eius a. 3. ii. usque ad. iiiior

de hermodactilis.

Dico quod hermodactilus est radix
herbe montane et eius alius est
longus sicut digitus, alius
est rotundus: sed rotundus est
de quo loquitur et eius alius est
albus, alius est rubeus, alius est niger.
Melior omnibus debet habere tres
proprietates bonas ¶ primo quod sit
albus ¶ 2° quod habeat veram albedinem
intus et extra ¶ 3° quod sit grossus
mediocris grossitiei rarus non
laxus et levis debilis est rubeus
vero et niger penitus mali et cavi
tandi ¶ Et qui nascitur prope squillam
aut prope raphanum melioratur
in conditionibus et colligi debent

tempore veris potius q̄ alio tpre.
Et illi qui sūt meliores sunt illi
qui sunt exsiccati p mediū annum
et in illis est humiditas superflua
disponens ad tria nocumenta
que facit: sed cinnamū mastix et
zz. tollūt ab eo nocumenta dcā
est ca. et sic. in p.º 2.º licet in eo
humitas accidentalis sit superflua
que inimicatur stomaco ¶ Con
servatur aūt tribus anis si remoti
fuit ab humitate et pulvere ¶ pro
quo nō. q si aū debitam decoctionē
reponantur imediate putrescunt,
, dosis eorum est ab aur. .i. usqz
ad .ij. De yreos.

¶ Dico q yreos est radix her-
be hñs grecum que liliatis dr
Cuius due sunt spēs, quarū una
florem facit purpureum habentē
gradacionum diversitatis in pur-
purinatione. sicut habet arcus cel-
lestis, qui arcus dr yris. et ad
similitudinē illius vocatur ē yreos
Et alia species eius facit florē
album purpureus est ca. z sic.
in 3.º ¶ Albus vero ca. z sic. in 2.º
¶ melior pars plante est radix eius
purpureus qui est omnibus me-
lior albo Et melius tpūs collec-
tionis radicū et florū eius ē tpus
veris, Succus radicum eius valde
prodest contra ydropisim: sed
nocet stomaco: Sed corrigitur
cum aqua lactis et melle cū pau-
co mastice ¶ Exsiccatur eius ra-
dices ad umbram sute cum filo
Ita q una non tangat aliam.
¶ Conservatur aūt p anos duos
si preservetur ab humitate z pul-
vere, dosis eius ē a .3. .ij. s. usqz
ad .vj. De cu.ᵗᵉ silvestri.

¶ Dico q cucumer silvestris
.i. asininus est fructus sicut
cucumer parvus asperitatis plenū
est et amaritudinis vere: Et eius
planta habet folia silia foliis
cucumeris tn asperiora. melior
pars plante est fructus ipius bene
maturatus completus et citrinus
in quo nulla sit viriditas. z post ipm
fructum est radix in bonitate, Sz
fructus eius incompletus est malus
et pniciosus educens sanguinem
solutione sua ¶ Cucumer ipe silve-
stris est ca. z sic. complexionis in 3.º
Et aliqui dicūt q est fortius solu
tivū q̄ scamonea, quia excoriat
et apit venarum orificia unde
generat crudeles tortiones vexss
et facit solutionem cum angustia
z est tarde opationis. et emendatur
eius nocumēta si cū succo eius adiū
gatur aliquid de bdellio, aut ex
dragaganto, aut si propinetur
cum lacte dulci recenti, aut cum
aqua mellis. et facilitatur eius
opatio si parum salis gême misce-
atur cum succo eius: Et species
allefangine addunt vigorē vir
tuti ipius, Et conservatur succus
eius triennio, ¶ Radix vero eius
conservatur anis sex licet recens
melius opetur q̄ sicca ¶ Colligitur
autem succus eius in estate. s. in fi
ne Julij in diebus canicularis
¶ Dosis succi eius est a qui. .v.
usqz ad .3. s. Et aque decoctionis
radicum eius a .3. .ij. usqz ad quatuor,
De centaurea.

¶ Dico q Centaurea est duplex
scz maior et minor: et utraqz est
amarissima: sed minor amarior
ē maiori, unde a quibusdam fel
terre dicitur, et minor ē melior
in omni re, cuius flores et stipites
habent colorem citrinū et paleare
Et melior pars plante sunt flo
res et semina ipius, Et melius
tempus collectionis eius est pn-
cipiū estatis et ē ca. et sic. in
2.º sz rufus dt in p.º 3.º, dosis

eius est ab ʒ. i. usque ad ʒ. i. s. Et
in decoctionibus ab ʒ. i. usque ad
ʒ. iij. **de Cartamo.**

Dico quod cartamus est duorum
modorum. s. domesticus et silue-
stris: sed domesticus est melior,
et dicitur crocus ortensis, Et melior
pars plante eius est semen, deinde
flos, et illud est melius semen
quod est album planum et grossum
et planum cuius medulla est unctuo-
sa et pinguis valde, et cuius cortex
est subtilis, et melior flos qui est
sicut pili croci ca. est in p.° et sic.
in 2.° Est autem semen eius
aperitiuum abstersiuum et contur-
batiuum faciens nauseam unde
inest ei virtus educendi per vo-
mitum et per secessum. i. per ventrem
et multum nocens est stomaco,
Emendatur eius nocumentum
miscendo cum eo anisum galangam
maceni et cardamomum, Dosis
eius est a ʒ. iij. usque ad aur. ij.
Conseruatur autem cartamus. s.
semen eius annis tribus.

Dico quod granum alineus est
duplex. s. magnum et paruum, magnum
est in magnitudine fructus auel-
lane et paruum est sicut cicer, magnum
est in volumine bonum paruum vero est
magnum, magnum est ca. in fine
3.° et sic. in 2.° Et paruum non
administratur nisi in emplastris. Et
oleum ipsius in unctionibus educit
per vomitum et per ventrem, flegma
crudum et grossum et facit nau-
seam et subuersionem, et assatur,
et sic corrigitur eius humiditas super-
flua, miscetur cum eo anisum et
feniculum et rectificatur eius no-
cumentum, Conseruatur autem annis
pluribus, Dosis est a ʒ. s. usque ad
ʒ. i. s.

Dico secundum alexandrum, quod mundifi-
catores. i. philosophi dixerunt ipsum habere
prerogatiuam et principatum in edu-
cendo coleram nigram: et operatio
eius est in volumine et solempnior
elleboro nigro et virtuosior la-
pide lazuli: et ille est melior qui
habet colorem medium inter viridem
et obscurum fuscum et indum. et
habet macularum distinctiones
virides et magnas, qui non est in
terminum lapidis. s. in duritie
ymo est facile dissolubilis et pul-
uerizabilis et lenis in tactu carens
asperitate, et est ca. complexionis in fine
2.° sic. in p.° et est resolutiuus et
abstersiuus: et est ex conturba-
tibus et subuertentibus stomacum
et educit per vomitum et per ventrem.
Nocet stomaco valde, et facit
subuersionem, et soluit cum angu-
stia, Non lotus soluit per vomitum
et per ventrem cum labore et sine
molestia, Ars autem lauandi ipsum
scribitur alibi, requiritur
usum igitur modus lauandi ipsum,
Educit uiliam siue coleram
nigram, unde mundificat cerebrum
ab ea, et valet in mania melancolia ver-
tigine scotomia epilepsie et ad
egritudinem timoris et suspicionis
et lepram et egritudines splenis,
et ad cancrum et ad morpheam
nigrum, et ad febres melancolicas Dosis
eius non loti est a ʒ. s. usque ad ʒ. i. s.
Sed loti est a ʒ. i. usque ad ij. Con-
seruatur annis x. **de lapide stellato**

Dico quod lapis stellatus est de ge-
nere marmorum habens maculas
ex auro: et eius alius est albus, et
dicitur marchasita, alius vero clarus
celestis, et vocatur lapis lazuli: et
quia minera fert utrumque similiter, melior
est cuius color est viridis in colore lazuli,

et habeat maculas aureas et mixtus cum marchasita est non bonus. et non maculatus non est bonus. et sit leuis. Est autem ca. in 2°. sic. in 3°. Nocumenta eius, quia adhustiuus, ulceratiuus et putrefactiuus absterssiuus et non intensiuus et non loto est proprietas abradendi pilos, lotus autem conseruat et prolongat eos et generat pilos in palpebris, In eo sunt nocumenta que sunt lapide armeno, et expedit tollerare nocumenta eius scilicet cum ablucione, sicut in armeno, de trituratione etiam substinet plus quam lapis armenus, educit meliam et humores adhustos et mundificat uenas et sanguinem ab eis, et ideo lotus educit per uomitum humores grossos et melicos, confert egritudinibus cerebri et cordis, sicut est epilensia mania et melia, quarum materia est humor melicus. Et confert iuuamentum magnum egritudinibus timoris et tremoris et cordis et sincopi, et confortat cor et dilatat animam et mundificat pectus et pulmonem. Et est ex rebus conseruantibus iuuentutem et letificantibus uitam. Et ipse quidem preseruat alepra et suppositus educit intestina menstrua: et datur pacientibus febres melicas et curat eas. Et ualet eius usus ad emoroydas, dosis eius est a. ʒ. i. usque ad. i. ß. Conseruatur autem annis. vi. et ultra.

## de Sene.

Dico quod sene est folliculus plante quam parses alzenet uel azethinor uocant: et eius ortus est iuxta senitam orobi, et inuenitur ex eo domesticum et siluestre, melior pars plante est folliculus, deinde folia Ca. est in prin. 2i. sic. in primo,

alzemor

et folia sunt ca. in primo et absterssiuum et mundificatiuum et conueniens resolutiuum est debilis solutionis et debilitat stomacum: sed confortatur eius operatio cum aromatibus acutis et propter cum ʒʒ. et salgema. Et melius operatur cum brodio gallinarum aut gallorum aut aliarum carnium laudabilium: et soluit sine molestia solutione sua educit cum facilitate meliam et coleram adhustam et mundificat cerebrum et cor ac splenem et membra sensuum ac pulmonem et opilationes uiscerum, et conseruat iuuentutem eo in iuuentute, et generat gaudium, quia causam tristicie amputat et corroborat auditum et est medicina feminarum et antiquarum. Dosis infusionis eius est ab au. iii. usque ad. ʒ. i. Et puluis eius a. ʒ. i. usque ad. ii. Conseruatur autem annis duobus

## de salibus.

Dico quod sales famose species sunt quatuor. scilicet sal panis. i. sal com. et sal gema, sal naptinus, sal indus. sal panis aliud mineralis durior et amarior, aliud marinus quem si aqua iniecit facile dissoluitur. Sal gema uero est sicut cristallus scindibilis, Sal indus, aliud subniger, aliud rufus, et obscurus, Sal naptinus quasi niger et habens odorem napte, quasi horribilem, Electus mineralis est fortior marino et sal gema eius et sal naptinus illis, Indus autem fortior est omnibus, Et omnis sal quanto amarior tanto fortior, Est autem omnis sal calidus et siccus in 2°. et quanto amarior uel salsior tanto calidior et fortior Et omnis sal

quanto amarior tanto fortior.
est sicut calcar aliarum medicinarum
cum quibus miscetur quia facit
eas celerius et citius operari. Et omnis
sal educit humores grossos flati
cos et viscosos et preservat corpora
a putrefactione et valet ad lepram
et ad egritudines similes. Verum
non administrantur sales per se, sed
ponuntur in confectionibus propter
illud quod diximus et ponuntur
in pillulis et in enematibus
et collirijs et alijs medicinis admi
nistrationum. Sal marinus conservatur
parum quia ab humido resolvitur
sed mineralis quia durior magis
durat quia per menses. Sal gemma
vero quia in furfure diu conservatur.
Et similiter sal indus quia per annos duos
et ultra ut similiter sal napticus.

*De baurach.*

Dico quod baurach est quasi
sicut sal nitrosum valde, et aliud
est minerale aliud artificiale.
Et minerale dividitur quia aliud
armenium, aliud africanum, aliud
romanum. Aliud egipcium: et omne
baurach est fortius quacumque
specie salis predicte et similes
habet operationes sed fortiores.
Et conservatur baurach in furfu
re annis pluribus. *Sarcocolla.*

Dico quod est gumma arboris que
est sicut fructus spinosa, cuius
rami sunt nodosi collecti ab ar
bore et colligitur ex ea gummi.
Et eius aliud album sicut thus.
Et aliud subcitrinum fortius tamen
est subcitrinum albo, et quod est
amarius est melius est calidus
in 2º sed non est tamen siccum quia eius
siccitas est minor caliditate sua
tarde solutionis et conturbat
stomacum. Vigorat autem eius opera
tionem ... et condimentum. Educit
flegma crudum et humores grossos et

proprie quando est in uncturis. Dosis eius
est a 3 1 usque ad 11. Conservatur
quatuor annis. *De sapino.*

Dico quod est gummi halasce vel de ...
et est arbor similis oleandro mo
tano. Melius sapinum est cuius color
est inter subrubeum et subalbidum
et quod habet odorem porri et
quod est facile resolubile in aqua
et quod est clarum cum grossa
substantia, et quod est levis melius est
et quod est in vehementia odoris
asse neque habet odorem galbani ipsum
enim est ulceratum et est calidum in 3º
siccum in 2º. Nocet mirabiliter
stomaco et epati: sed nocumenta
tollunt proprie mastix spica et
cinula sigillat et proprietatem
mirabilem ad ea que opportet
et educit humores viscosos et
flegma grossum et aquam citrinam.
Et suppositum provocat men
strua et interficit fetum et con
fert dolori matricis et suffocationi
ipsius. Dosis eius est 3 s usque
ad aureum 1. Conservatur autem ultra
sex annos. *De euforbio.*

Dico quod euforbium est gummi
excedens omnia genera gummarum
in calefaciendo et subtiliando
et est ex ... et est ex
arbore desertorum locorum et aspi
dorum, et illud est melius quod est
leve frangibile habens colorem
pallidum et clarum quod est acredi
nis et odoris valde acuti et quia
transeat annum, quia recens eius est sicut
venenum et sicut ignis, et est ex
gummis que dissolvuntur, est calidum et
siccum in 4º gradu et est calidius et
subtilius cum eo quod calefacit
ex gummis et desiccantibus sepe

labore et angustia uehementi et pducenti ad sincopim et sudorem frigidum ē inimicū cordi et epati z stomaco ꝑ uehementiam uirtutis sue / tollitur aūt et rectificatur hoc modo hoc nocumentū, si ponatur in infusione in oleo amigdalino dulci et succo acetositatis citri / uel in oleo amigdal dulcium / deīn in succo liquiricie. Et ducit flā viscosum et grossū aloeis pfundis / et ē mundificans iuncturarum acuitates ab humoribus grossis difficilis eradicationis Nec est ei res silis ad hoc z mūdificat nervos ex humoribus imbibitis in eis. et dissoluitur in oleo de keyri. et inungitur cū eo, et confert egritudibz nervorū frig. sicut est paless stupor et tortura et spasmus / dosis eius est aureus .i. usqz ad .iii. Conservatur quadraginta / Recens aūt anni sui est pncipalissi Ille aūt qui sumit timeat frigus / Conservatur aūt ne cito senescat sepeliendo eū in milio vel fabis, vel lentibus / sed in milio melius.

de oppoponaco.

Dico q oppoponacū ē gūmi plante sicut ferule. Cuius stipites elleuantur sup terram vno vel duobus cubitis: et folia eius sunt minora folijs ferule / melius ex eo est citrinū exterius et subalbidum interius et quod est amarum et quod est frangibile et quod facile dissoluitur ī aq. Et aliqui adulterant ipm cum armoniaco sed odor et albedo fracture deocultat fallaciam / Et melior pars plante eius ē gūmi eius. deīn radix ipius ē cal. z sic. in 3° gᵘ. / radix eius mī° Nocet stomaco faciens sitim et ē tarde operationis, De rectificatione aūt ipius est sicut diximus in serapino / Educit flā grossū et viscosum a partibus remotis et iuncturis et proprie mūdificat cerebrum et nervos et confert egritudibz eorum frigis / z est ex rebus addentibus in usu sm omnem modum administrationis eius et mundificat pectus et confert tussi antiq: et est medicamen expertum rigori febrium z proprie bibitum cum aceto añ horam paroxismi et linitum in spina et dissolutum cū succo apij in oleo anetino / dosis eius est a .3. i. usqz ad .ij. / Conservatur aūt .v. vel .vi. annis.

de mezereon.

Dico q mezereon ē planta apud parses vocata rapiens vitam. et a quibusdam faciens viduas, a pluribus leo terre. Cuius stipites elleuantur super terram circiter cubitos duos. Et folia eius sunt silia folijs olive et producit grana nigra in magnitudine fructus mirti Et est planta lacteriniorum. Et eius sunt plures species: Sed melius mezereon est habens folia magna tenua z viridia et quod oritur in locis liberis et in vicinitate plantarum spei eius Et qū oritur ex eo. planta in toto ambitu suo loco eius est mortalis, et que oritur in locis terminatū est sicut venenū, z habens folia pua et spissa est malum: et silr hns crispa et aspa z quod ē sub nigrum silr ē cal. z sic. in 4°. et est pximū veneno

nocens membris principalibus
que sunt minera virtutum. Cor-
rigitur autem eius nocumentum
cum auxilio rerum frangentium
eius venenositatem et extinguentium
eius caliditatem et igneitatem
sicut cum oleis frigidis et extin-
ctivis, sicut est mucillago psillii
et succus portulace et succus
endivie propter. Dyascorides
autem infundit folia eius in
aceto per diem unum et exsiccatur
et frangitur cum arte hac ipsius
virtutis inflammabilis etiam
ex rebus adhuc emendantibus
et removentibus malitiam eius
est ut fundantur folia eius in
lacte dulci sumpto ex asina, aut
capris. Et quia ponuntur folia
mezereon in aqua lactis et bul-
liunt cum facilitate et aufertur
spuma eius et colatur et appro-
ximatur cum securitate. Et
nota quod folia mezereon parum
de decoctione sustinent et con-
tritionem. Et contritio laboriosa
destruit virtutem eius. Ex-
pellunt autem nocumenta eius a
corpore aqua ordei, i. aqua
passularum, verum aqua endivie
et altarexeron auferunt in-
flammationem relictam ab eo in
corpore. Educit autem aquam
citrinam cum fortitudine vehe-
menter. Et mezereon mixtum
cum rebus educentibus melancoliam
educit eam et cum rebus edu-
centibus flegma educit ipsum.
Dosis eius est a 3 s. usque ad 4.
et hoc in decoctionibus, pulvis
eius alzirath .ii. usque ad .v. Con-
servatur autem annis duobus vel tri-
bus si a caliditate aeris preservetur
ne resolvatur virtus eius. Et
si queritur que differentia est inter mezereon

et laureolam. Dico quod est magna
differentia, nam mezereon est planta
lacticinia et dicitur alio nomine
olivella: sed laureola est arbu-
stum et non habet lac: et folia me-
zereon sunt similia foliis olive,
sed sunt maiora et habent lac: sed fo-
lia laureole sunt similia foliis lauri
et semen eius non est coconidium
ut patet per Serapionem in suo libro de
simplicibus capitulo de mezereon et in
capitulo de laureola vocat eam daffnides.

### De alscebran

Dico quod alscebran est species
lacticiniorum: et alio nomine
dicitur esula et est solutivum rustico-
rum: et eius aliud est magnum
habens radices rotundas et gros-
sas spissi corticis depressi et ponde-
rosi. Aliud est parvum habens radi-
ces subtiles tenuis corticis, magnum
est malum scindens viscera, parvum
vero est illud quod eligitur, me-
lior pars eius est cortex radi-
cis ipsius: et habens proprietates
quinque bonas, s. cuius cortex sit
subtilior et levior et facile fran-
gitur, et est habens de rubedine
aliquid, sicut radices cassie lignee
et illa est bona super quam pre-
terit medietas anni, et vetus mensis
sui est mala. Nigra vero est venenosa
et orta in locis terrinarum. Et
melius tempus collectionis ipsius
est principium veris. Et collectio
lactis eius est finis veris, et est ca-
complexionis et sic in principio 3.i. Et lac
eius est calidum et disrumpit orificia
venarum, ita ut sanguinem manare
faciat. Nocet cordi, stomaco, et
epati, disrumpit venas et exco-
riat viscera, et relinquit in cor-
pore inflammationes cum hoc facies
cadere in febres, et corrigi remedium

Esula.

Primum nocumentum quod ex eo
tinetur corrigitur permiscendo
cum eo aliquas medicinas cordia
libus et stomaticis et epaticis. Secundum
vero et 3.m nocumentum corrigitur
acquirendo ei bonitatem cum eo
glutinantibus et coadunantibus et
consolantibus sicut est dragagantum
proprie et gummi et bdellium et mu
cillago psilii et succus portulace
et silia. Quartum vero nocumentum
eius tollitur permiscendo simul
ex rebus refrigerantibus et ex
tinguentibus aliquas ex hoc facien
tibus apud me est ut infundatur
in succo altrexeron aut in succo
endivie et pauco aceto, aut in
succo portulace aut solatri et aceto.
Et dixit rufus quod si solutio per
ipsum superfluat aut laboriose fiat
sedeat solutus in aqua frigida. michi
quoque videtur verbum inconveniens.
Turgstanis enim frigidum includit et co
adunat virtutem medicine et cor
roborat eam nec non et minas ad
vias expulsionum expellit sicut
te scire fecimus secundum fortitudinem est
tunc sicut in canone diximus. e
ducit flegma vehementer
et aquam citrinam et humores me
lancolicos et minas a iuncturis et
confert doloribus earum et est
ex medicinis magnis ydropisis
sed nocet epati et desiccat corpus
utens eo et consumit sperma et lac
eius facit hec omnia vehementius
et facit cadere in febres. Dosis
corticis radicis eius est a karat .iii.
usque ad vii. Et lactis eius a karat
i. usque ad iii.

## de luf.

Dico quod luf est planta que dicitur
collum draconis et alio nomine
serpentaria et colubrinaria: et
aliqua habet folia plana et alia
crispa et radix plante est extrinsecus
ad nigredinem attinens. Interius
vero alba est melior radix eius
grossa et completa et orta in
locis liberis. Et melius tempus
collectionis eius est ver et principium
estatis. Dixit dia. quod crispa calidior
est plana. Et dixit rufus quod plana
est ca. in primo. Crispa vero in 2.o
Utraque nocet stomaco acuitati
sui et epati. Tollitur autem nocumentum
predicta si detur cum rob aut cum
melle passularum et speciebus
alle sanguinis. educit flegma subtile
et grossum, mundificat et confor
tat renes, provocat urinam, ex
citat coytum et valet pectori
et pulmoni. et est contra asma
et tussim ex habundantia humoris
viscosi et proprie si fiat looch
ex succo eius cum melle et rob.
Dosis eius est a 3. iii. usque ad v.
Conservatur autem radix eius annis
duobus.

## de broinia

Dico quod broinia est planta quam
vocant vitem albam. Cuius radix
est terrei vel cinerei coloris
externis. Interius vero alba: et
elevatur super radicem ipsius stipi
te multarum involutionum super alias
arbores et nascuntur super eam botri
uvarum et vocantur uve lupine. et
species eius fesresim: cuius radix
est cinericia extrinsecus et interius
alba, non tamen albedine prioris.
et vocatur cucurbita reptilium
fesire, sum dya. est ca. et sic. in 3.o
habet nocumenta sperantie et io
fesire rectificatur sicut luf. Utilis quoque
radix et proprie succus eius, educit
flegma, et provocat urinam, et mundi
ficat cerebrum et nervos et membra
anhelitus a superfluitatibus flatuosis
et putridis et aperit opilationes
viscerum et renum, et confert secundum

omnem modum administrationis eius. Et confert epilensie et vertigini et tussi et asmati manifeste, et dolori laterum, et conceditur tallus eius in principio dum crescit et est tenera. Sorbitiones facte ex succo eius et frumento cocto et melle faciunt exuberare lac. Et sedere in decoctione eius mundificat matrem et facit abortum et spatula suppositum et gnexum. Radix quoque eius et succus eius abstergit faciem et feditatem cutis et panni et vestigia que remanserunt post et proprie cum farina ciceris et fabarum. Dosis autem radicis alfesire est ab aureo i. usque ad ii. Et succus eius a. ȝ. i. usque ad ii. Conservatur autem radix eius duobus annis et ultra.

de arthanita

Dico quod Arthanita est panis alcunne vel panis porcinus sive pomum terre et ab aliis dicitur panis fumi et ab aliis dicitur ciclamen. Et invenitur ex eo mas et femina. magna autem radix eius est in modum rape rotunde, cuius pars exterior est sicut terra nigra, interior vero alba: et elevantur super radices eius frondes et flores secundum semitam violarum subalbidarum sine elevatione stipitis i. tursi supra radicem. habet radices super terreneas plures in modum avellane et ciceris, est calida. q. et sicca in principio ȝ.ii. Et est calidum subtiliativum et calefactivum resolutivum abstersivum et mundificativum et apertivum opilationum et est ex rebus sudorem exuberare facientibus et ex maxime mundificantibus cutem et resolventibus feditatem eius. Dicit Sapio quod congregatur luf et alfesira. Educit flammam mucillaginosam sumptum et suppositum et etiam linitum super simen et ylia et partes adiacentes et est medicina experta ad veteriniam tali modo. Accipe succi eius ȝ. iiii. dissolue cum zucaro et coque usque ad ȝ. septem, propinetur in mane et est medicina certa ad yeteriam. Et dicit Grecus succus eius cum ydromelle, aut oximelle et proprie de quolibet partes equales cocte secundum superiorem doctrinam. Est namque medicina experta ad yeteriam etiam vertens in vaporem fumi et sudorem in magis eius et proprie succus eius cum sechemabin aut mellicrato: sed oportet ut simeus coopiatur multum et sudet sudore vehementi et cito. Confert egritudinibus cerebri flaticis et proprie si fiat caputpurgium et confert ad emigraneam frigidam. Et emplastrata confert colice et confert sode et paritarie et palesi et mundificat caput et oculos et confert duritiei splenis secundum omnem modum administrationis eius. Et confert scrofulis et aliis apostematibus et valde provocat menstrua et maxime aperit orificia emoroydarum. Et dicitur quod si suspendatur in collo mulieris non concipit: et linitur ex eo anus et confert egressioni eius. Dosis eius est ab aureo ii. usque ad ȝ. iii. et proprie succi eius. Raro conservatur sicca, quia recens est melior in omni eventu.

de aristologia

Dico quod aristologie tres sunt species, longa, rotunda, et alia cuius radix est curvata secundum semitam palmitum vitis. omnes species eius sunt

Ad yeteriam.

al' trium

ca. in pri. 2. sic. in 2. videtur q longa sit calidior quis eius terreitas vincat sup terreitatē rotunde. et ē tn̄ utraq; apritiua opilationū, resolutiua attractiua et attrahens spinas et fracturas lignorum infixas carni, nocet visceribus in soluendo, et rectificatur ut lis. de decoctione et trituratione rem plenam substinet. Educit supfluitates flāticas et etiam colericas sm aliquos. Et est ex rebus maxime mundificatiuis pulmonem et pectus a flāte et putredinibus: z confert iuuamentum manifestum asmati et tussi sm omnem modum administrationis eius. Et rotunda est ex rebus mundificantibus cerebrū conferens epilensie, Confert etiam stomaco remouens singulta uentosa. et sedat dolores omēs a uentositatibus in visceribus: et aufert opilationes splenis z uentositates in ipō. et propue rotunda. Et ē medicina rigori febrium, Dosis eius est a. ʒ. i. usq; ad aureos .ii. Conseruatur aut̄ annis tribus et ultra

De grano regum.

[margin: C. de abel meluch]

Dico q habelmechuch dr̄ prop̄ie granum regum: et ē ex eo aliud paruū, aliud magnum, Et dr̄ q magnum est keruā, ē ca. z sic. . . in 3. meretur de rectificatione sicut behen. ben Prouocat uomitū et solutionem laboriosam et educit flegma uehementer et aliquā coleram et mās a iuncturis et aquā citrinā, Oleum vero usq; exhibitur sicut oleum de amigdalis Dosis eius ē a g. v. usq; ad vi. et alterius g. vii. usq; ad .xv. Conseruatur p annū .i. vel duos ad plus.

De genestra

Dico q unabramch est capistrū arborum: et alio nomine dr̄ genestra et ē arbor montana sup cuius stipitem elleuatur z densificatas fustū multe rectitudinis, z dum plicatur nō patiuntur fracturas. vnd̄ ligantur ex eis arbores, z producunt flores figure lunaris citrinitatis multe z proferunt folliculosos seu siliquas sm semitam orobi semina distincta, sicut lentes. Et in lingua latina dr̄ genestra seu merica, inqt dya. q ē ca. et sic. g. i 2. et semē eius ē ca. In flore eius et stipitibus ipius est humiditas supflua cum virtute incisiua, quare multiplicat uomitum, Et sunt omnes ptes ipsius subtiliatiue, nocet stomaco et cordi Dixit tn̄ filagus q cū melle ro. tollitur eius nocumentum: et silr̄ cū rosis et mastice Semen aut̄ eius ppinadum est cum aqua mellis anisi aut sēie feniculi et dauci et silia auferret nocumentum ipius flos eius parum substinet de decoctione Semen vero plus educit flegma cū fortitudine et mās que sunt in iuncturis: et mundificat renes ab omnibus supfluitatibz. z prouocat vrina fortiter et frangit lapidem i renibus et uesica: et nō pmittit mās figi ineis nec densari in lapidem: Et qn̄ flores eius contriti ppinantur cū melle ro. aut cū ouo sorbili resoluunt scrofulas oxime ex eis, aut seminibus eius resoluit apostemata splenis: et si frequētata fuit cū eis vomitus confert sciatice

et podagre et dolori renum. Dosis
eius et proprie florum est a ʒ.
.ii. usque ad .v. Et se. a ʒ .ii. usque
ad .iiii. Flores etiam meliores
sunt recentes, et non conservantur.
Semen vero conservatur per
duos annos. De elleboro.

Dico quod elleborus est herba
aliquis et eius due sunt species
s. albus et niger. Niger vero
incolumior est albo, immo mina-
tur albus accidentia terroris.
Niger vero acquirit reiuve-
nescentiam et incolumitatem
et quod ex eo magis eligitur
proprie est cuius sapor est acu-
tus mordicans gustum et habens
colorem sicut sicut assarum et
quod est frangibile inter sub-
tile et grossum et medium inter
recens et antiquum et medium
inter ponderosum et leve, immo
plus leve quam ponderosum, et
quod est leve carens asperitate
et melior pars plante est eius
radix, et melior radix sunt fuste
ipsius: et melior pars ipsorum
sunt cutes earum. Et melius
tempus collectionis est ver et
estas. Alius minoris est acuita-
tis et mordicitatis asperas su-
bito. et est minoris amaritudinis
quam niger. In albo autem perpetrat [?] in
nigro habet: sed albus plus de
antiquitate quam niger patitur etc.
Niger est ca. et sic. et est subti-
liativus abstersivus corrosivus
additionum carnium que sunt in
ulceribus. Et dicitur quod quando elle-
borus niger nascitur apud ra-
dices arborum sunt fructus illarum
Albus. solutivi. Albus autem ca. est et sic.

in medio ʒ[i] et est sicut abstersivus
mordicativus multiplicans
vomitum et faciens sternutationem
cum fortitudine. Albus corporibus
omnibus est molestus immo in eis
sicut venenum provocans. Nigri autem
virtus usque ad tempora nostra
tollerabilis, licet adhuc sit diffi-
cilis. Inquit enim ypo. molestus
est elleborus eis quorum corpora
sana, ars vero et sollicitudo in
rectificando et propinando
facit eius operationem incolumem.
Inquit enim filius Cezar sit in
terenjabin .i. manna sicut mel.
et submerguntur in eo tepido
ex testiculis ellebori nigri par-
tes convenienter circiter horis octo
et extrahuntur ab ea et propinatur
alterniabin huius virtute elle-
bori et consimile fit de melle passu-
larum. Et quidam submerguntur in
iure gallinarum, vel gallorum.
Et sunt qui perforant radices raffani
et intromittunt fustem ellebori
et post diem auferunt et propinant
raffanum habentem virtutem
ellebori. Dantur autem et prius loco
anisum et petrosillinum et ca-
lamentum et ysopus sicca et ori-
ganum et hasce [?] bonificant operatio-
nem eius bene autem commiscetur
cum epithimo polipodio et
sale indo et similibus, confortatur
enim sese. Confectio pillarum
nobilium quas scripsit haly quarum
iuvamentum est ultimum ad egri- No. has pillas
tudines inveteratas et cancrum et le-
pram, et morphea nigra difficile.
Quarum hec est permixtio. Recipe
petre pigre ʒ .xii. ellebori nigri

polipodij an̄ ʒ. v. epithimi sticados diagridij an̄ ʒ. vij. agarici lapidis lazuli salis indi colloquintide an̄ ʒ. iij. Conficiantur pille cum syrupo de sticados vel epithimo. Dosis earum est a ʒ. i. s. usque ad aur. ii. Et si sane et experte expellunt autem lesionem utriusque ellebori acetum aqua mellis et aqua passularum et aqua ordei et ius galliarum.

¶ Vomere autem pulverem ellebori non est tutum. ¶ Elleborus albus evitandus est, quia est provocativus, magis autem profundius est super nigro: sed ambe species conturbent nisi rectificetur secundum artem et legem. Et non detur elleborus nisi corporibus robustis et animosis et proprie tempore veris: Et datus quando et cui quomodo facit reiuvenescere et facit acquirere incolumitatem et mores laudabiles et complexionem bonam habet enim proprietas ut ypocras dicit. Et ipse quidem mundificat corpus totum a superfluitatibus corruptis et educit cum facilitate coleram permixtam grossam et flegma et coleram nigram sine molestia: et mundificat sanguinem et attrahit a venis superfluitates permixtas sanguini et est ex rebus solempnis in mundificando cerebrum et caput totum et instrumenta sensuum et venas et viscera ac vesicam et matricem, et confert immanentum manifestum et egritudinibus earum, et confert emigranee et melancolie vertigini et epilensie, et confert paralisi et aque que descendit ad oculum. Et confert egritudinibus juncturarum et duritiei et apatibus earum et scrophulis et est sicut tyriaca et est medicina anthonomasice i. per excellentiam ad lepram et cancrum et species herpetis et bothor et confert tinnitui auris et sibillo, et corroborat auditum: et confert egritudinibus splenis et febribus longi temporis et quartane colerice et melancolie, et egritudinibus difficilis eradicationis et provocat urinam et menstrua. Usus autem eius colorem efficit bonum, et similiter removet egritudines cutis, sicut est morphea et baras secundum omnem modum administrationis. Et fricatum cum aceto etiam removet feditatem cutis et pannum. ¶ Albus vero elleborus fortiter et dolorose ac difficulter vomere facit cum accidentibus terroris et mortis. Et uterque elleborus confert fistulis et vulneribus fraudulentis. Dosis nigri est a karat. vi. usque ad 3am partem unius dragme, vel usque ad 3as ii. ¶ Conservantur autem ambo ellebori annis duobus si extrinsecus bene profundatur. ¶ Et hec de simplicibus solutivis secundum mesue dicta sufficiant.

## Sequitur alia doctrina de modo conservandi omnes succos.

¶ Dico quod succi omnes quos volueris conservare conservantur ponendo parum olei olivarum electi supra in extremitate vasis in quo reponantur. Et durat per annum. et non ultra, quare in capite anni debet succus de novo fieri. et antiquiores alterius

anni sit abiciendi. Sed fructus liquirie condempsatur, et ideo non oportet ponere oleum supra ipsum. Et fructus omnes melius conservantur in vasis vitreis vel vitreatis etc.

## De modo conservandi adipem

Dico quod butyrum melius est vaccinum et debet esse sine sale et conservatur per medium anni vel usque ad medium anni ad plus. Similiter adeps galline debet esse recens et non antiquum quia si sit antiquatum diminuit complexionem et virtutem et efficitur rancidum et amittit temperamentum: sed si liquefiat melius conservatur. Et adeps anatis et anseris quanto antiquiores tanto meliores. Et adeps porcinus melius conservatur liquefactus. Et adeps renum caprinum similiter. Sed non mirabile sunt aliqui quod omnes pinguedines animalium si aspergantur cum zucaro pulverizato longo tempore conservantur, dico quod cito putrefiunt nisi ponerentur cum zucaro pulverizato similiter in vase vitreato reserventur.

## De conservatione aque maris.

Dico quod aqua marina ante quartum diem putrefit et fetet. Sed si parum aque vite cum ea commisceatur conservatur per mensem. Quia aqua vite est bona conservatrix, quia resistit contra omnem putrefactionem.

## De natura mellis.

Nota quod mel habet naturam conservandi omnia in se posita magis quam zucharum et magis quam alia quecumque res, et ideo confectiones et electuaria de melle longiori tempore durant quam de zucaro.

## De fructibus crudis.

Amplius dico quod fructus crudi in melle sepulti, ut citonia, persica et pira in capite anni reperiuntur adeo pulcra et illesa et quasi recentia ac si tunc ab arbore colligerentur. XIII

## Secundum aliam doctrinam secundum Antidotarium mesue.

Ut igitur ordinate procedatur in hac materia conservationis medicinarum compositarum Incipiam primo a medicinis contentis in secundo damasceni nomine grabadin i. compendium secretorum et est aggregatio antidotarii In quo sunt duodecim distinctiones, ut infra patebit.

In prima distinctione tractat de electuariis aromaticis, Quorum quedam sunt dulcia et quedam amara et utraque solempnia: et habet duos tractatus quia primo determinat de electuariis dulcibus. Pro quo sciendum est quod illa electuaria dulcia possunt conservari per annum integrum et ultra preter electuarium quo utuntur reges et prelati quod non potest diu servari, quia rancescit: sed solum per xv dies conservatur vel per mensem ad plus.

De secunda parte eiusdem prime distinctionis tractat de antidotis amaris, et sunt xviii vel xviiii confectiones amare. Et incipit a yeracha diatesseron, que confectiones possunt conservari usque ad duos annos.

In secunda distinctione tractat de medicinis opiatis et ponit sex medicinas opiatas. Et incipit a confectione philonii. Et possunt predicte medicine opiate conservari

usque ad .vi. annos.
¶ De tyriacha magna que est
medicina opiata, quam compo-
suit Andromacus si queratur
quanto tempore conservatur, dico
secundum intentionem .A. in quinto libro
sui canonis in antidotario suo
quod tyriacha ipsa facta canonice
et secundum artem conservatur usque ad
triginta annos, et etiam usque ad qua-
draginta quandoque
¶ De metridato idem quasi dicen-
dum est, quia conservatur quasi usque
ad .xl. annos.
¶ In 3a vero distinctione tractat
damascenus de medicinis solu-
tivis. Quarum quedam sunt aloeti-
ce, quedam collequintide: et quedam
turbitate: et quedam scamonea-
te: et alie sub aliis nominationibus.
Et incipit ayeris et primo a ye-
rapigra Et sunt .24. solutiva
unde dico quod conservatur a primo anno
usque ad duos, licet omnis yere
possunt conservari a sex mensibus
usque ad quatuor annos et preci-
pue yerapigre galieni et ye-
ra archigenis, et yeralogo-
dion,
¶ In .4a. distinctione tractat damascenus
de conditis, tam de fructibus
quam de radicibus, et etiam de flo-
ribus, ut sunt rose viole flo-
res boraginis et buglosse. unde
nondum quod condita et confecta
de floribus usque ad annum con-
servatur et non ultra ¶ Condi-
ta vero de fructibus et radi-
cibus usque ad duos annos conser-
vatur
¶ Nota ulterius quod conserva ro-
sata cum melle facta plus con-
servatur quam conserva rosata de
zuccaro.

¶ In 5ta distinctione tractat me-
sue de speciebus looch. Et sunt
quedam loch delectabilia. et
quedam horribilia mali saporis
Et conservatur usque ad duos annos.
licet ego credam quod illa que sunt
horribilia et mali saporis longiori
tempore conservatur.
¶ In sexta distinctione tractat
mesue de Julep syrupis et rob
unde in ista materia nondum est, quod
de Julep debemus distinguere,
quia aut est Julep longum aquo-
sum parve cocture, et tale ju-
lep paucis diebus conservatur
et precipue tempore estivo, aut
est Julep bone cocture et tale
conservatur per annum ¶ Similiter distin-
gue de syrupis, quia aut sunt
de zuccaro, vel de melle, Si de
melle conservatur per duos annos.
Si de zuccaro vix conservatur
per annum, nisi fuerint optime
cocture et bene restricti.
¶ Et si queratur quomodo cla-
rificantur syrupi et julep sine
albumine ovorum ita quod sint cla-
rissimi et aurei coloris ¶ Dico
quod dum coquitur julep vel syrupus
si ponatur intus in vase .℥ .i. s.
succi granatorum acetosorum in
fine decoctionis mirabiliter clari-
ficat, Et hoc idem facit parum
boni vini clari quando vinum grana-
torum non haberetur,
¶ Rob etiam per annum conservatur
et etiam usque ad duos secundum ali-
quos,
¶ Mina citoniorum simplex con-
servatur usque ad annum. et forte
usque ad duos ¶ Sed mina aro-
matica usque ad tres annos optime
conservatur propter aromata, et pre-
cipue si fuerint bone cocture.

In .7a. di. tractat ipse mesue de decoctionibus, et de modo faciendi aquam fructuum. Et de modo infusionis aque casei. Unde notandum quod decoctiones omnes per tres vel quatuor dies conservantur. Et similiter aqua fructuum et maxime in estate. Et inter omnes infusio facta in aqua casei minus conservatur, quia vix per unum aut per duos dies conservatur. Et ponit .13. modos decoctionum.

In .8a. di. tractat mesue de trociscis, Et incipit a confectione galliemuscate Et ponit 30. species trociscorum. et conservantur usque ad sex menses: sed trocisci stelle usque ad duos annos.

In nona di. tractat mesue de suffuf. i. pulveribus Et ponit ex eis septem species, que conservantur cum virtute sua usque ad duos menses, licet secundum opinionem aliquorum possint conservari usque ad sex menses: sed ego non adhereo huic opinioni, quia in spacio sex mensium virtutes pulverum resolvuntur, et efficiuntur debiles, quare etc.

In .xa. di. tractat mesue de pillulis, et ponit .xlv. species pillularum, Et incipit a pillulis allefanginis. Unde notandum quod pillule omnes conservantur cum bona earum virtute et operatione usque ad sex menses Et debent teneri in magdaleonibus et non in pulvere, quia non conservantur, immo nullam aut remissam faciunt operationem. Et debent conservari in loco non excessive calido, nec prope ignem neque ad solem, quia in excessiva duritiem et lapideitatem contrahunt, tunc nullo modo debet medicus eas exhibere, sed penitus abijcere, quia si darent eas torquerent corpus, et nullam rectius operationem efficerent.

Nota ulterius quod pillule allefanginæ non possunt confici nisi semel in anno. scilicet in diebus estatis de mense Junij vel Julij, et sic ista tamen species pillularum per annum conservatur. | No.

In .xi. di. tractat mesue de unguentis emplastris et ceratis. Et incipit ysopi ceratum et ponit .lxii. species omnibus computatis et conservantur ut plurimum usque ad annum.

In .12. et ultima di. tractat mesue de oleis, in qua di. ponit lxvi. species oleorum. Unde si queratur de oleis quanto tempore conservantur. Dico quod distinguendum est de oleis, quia aut sunt frigida, aut temperata, vel calida in primo, aut sunt calida in 2o. vel 3o. vel 4o. gradu. De oleis itaque frigidis, ut est oleum ro. et proprie factum ex oleo onfancino et rosis incompletis Et similiter oleum ro. factum ex oleo olivarum maturarum et rosis completis Et similiter oleum violarum et oleum de mandragora, et oleum de papavere. et oleum de mirto. et oleum citoniorum, et consimilia, durant per annum. et quolibet anno renovantur, quia transacto anno rancescunt et efficiuntur non habentia virtutem faciendi intentionem medici. | de oleis.

Olea vero temperata, ut oleum amigdalarum dulcium. et oleum de sisamo, non conservantur nisi per mensem, et subito rancescunt

Olea vero calida in primo ut oleum camomillinum, oleum de liliis et oleum liliorum alborum conservantur per annum et non ultra. Alia vero olea calida ut oleum de aneto, de spica, oleum de yreos, oleum de croco et de piretro, oleum de piperibus, oleum de costo, de euforbio et reliqua talia per duos aut per tres annos conservantur et secundum aliquos tanto antiquiora tanto melius. Et hec de conservatione medicinarum compositarum secundum distinctiones Mesue dicta sufficiant.

Nota tamen quod quilibet expertus aromatarius debet scribere super vasa electuariorum opiatorum. Et super vasa medicinarum solutivarum tempus in quo composite fuerint ab eo, ut medicus sciat ab eo etatem illarum in vetustate et recentia, et precipue in medicinis opiatis propter periculum exhibitionis earum.

## Secundum alia doctrina secundum Serapionem

Circa predicta notandum. Ego describam aliqua et non omnia secundum Serapionem in antidotario breviarii sui capitulo 34 de medicinis compositis quantum remaneat operatio earum. Et primo de tyriaca. Tyriaca dicit quod remanet ex sex mensibus usque ad 30 annos.

Tyriacha esdre conservatur usque ad annos duos.

Trocisci regis et hedrumeton et de squilla usque ad annos duos conservantur.

Gal. Segema et filonium conservatur usque ad annos tres. Et Ga. de medicina philonii dixit quod conservatur post duos annos et post illud non valet, quia minuitur odor eius et fit insipidum et debilitatur opus eius.

Diacurcuma usque ad annum conservatur, vel usque ad unum cum dimidio ad plus.

Ennerusia usque ad duos annos conservatur.

Stomaticon conservatur usque ad tres annos.

Confectio de mirra usque ad unum annum.

Medicamen diacurcumi conservatur a sex mensibus usque ad tres annos et similiter reliquae confectiones que provocant urinam conservantur usque ad tres annos.

Diamarte usque ad duos annos.

Confectio anacardina conservatur a sex mensibus usque ad tres annos.

Sanguis hirci exsiccatus vel alius sanguis exsiccatus conservatur a duobus mensibus usque ad tres annos.

Athanasia a sex mensibus usque ad septem annos.

Due descriptiones theodoriq et yeralogodion et yera archigenis et yera gallie conservantur a sex mensibus usque ad quatuor annos.

Pillule omnes conservantur a duobus mensibus usque ad sex menses.

Trocisci reliqui qui sunt ad febres ex die sue factionis operantur suam fortem usque ad sex menses.

Suffuf i. pulveres conservantur a duobus mensibus et tunc operatio eorum est fortis usque ad sex menses, et tunc est operatio eorum debilis.

Olea alia operantur donec rancida fiant, cum ergo incipiunt

cauenda fieri non queunt ad aliquid.

Oleum vero balsami quanto plus antiquior tanto melior et fit eius operatio fortior.

Emplastra et unguenta omnia conservantur a die sua usque ad annum.

Syrupi omnes conservantur ex hora sua usque ad duos annos. Et Gal. quidem dicit quod remansit apud eum rob citoniorum septem annis praeterquam mutaretur virtus eius, neque gustus ipsius. Et hoc de conservatione medicinarum compositarum secundum sententiam sapientis ubi supra.

Sequitur alia doctrina secundum intentionem nicolay.

Consequenter intendo ponere intentionem nicolai in conservando quedam medicamina electuaria sua atque confectiones quas in suo antidotario suo descripsit, procedendo secundum ordinem alphabeti quanto tempore conservari valeant ab Aromatariis. Et primo dicam de aurea alexandrina.

Aurea igitur alexandrina conservari potest in sua efficacia et virtute annis .v.
Adrianum annis septem.
Athanasia annis tribus.
Blancha conservatur annis duobus.
Benedicta annis tribus.
Diamargariton annis duobus.
Diaprassium annis duobus.
Diazinziber anno .i.
Diacitoniten anno .i.
Diacinnamomum annis .ii.
Diacalamentum anno .i.
Diarodon anno .i.
Diasatirion anno .i.
Diantos anno .i.
Diayris anno .i.
Diaolibanum annis tribus.
Diasene annis duobus.
Diadragagantum anno .i.
Diarodion annis tribus.
Esdra per .z. annos melior iudicatur.
Electuarium pliris arcoticon per annos duos conservatur.
Electuarium frigidum per annos .v.
Electuarium dulce per annos tres.
Electuarium de succo rosarum per annos duos.
Emplastrum ceroneum conservari potest per annos .v.
Emplastrum apostolicon diu conservari potest.
Filoantropos conservatur per annos tres.
Iustinum conservatur per annos duos.
Lytetridatum conservatur per annos triginta.
Ajusa enea per annos .vii.
Oxopira per annos .vi.
Oxilaxativum per annos .v.
Oximel per annos .ii.
Potio sancti pauli conservatur per annos .ii.
paulinum conservatur per annos .iii.
pigra per annos duos.
pillule auree per annum .i.
pillule de quinque generibus mirabolanorum per annum .i.
pillule diacastoree per annos .iii.
pillule vero cetere non conservantur ultra tres menses.
Rosata novella conservari potest per annum unum.
Rubea trociscata per annos .v.
Rodomel per annos tres.
Requies per annos tres.
Stomaticon conservatur per annum .i.
Tyriacha magna per annos triginta

Trifera magna per annos .iii.
Trifera sarracenica per annum .i.
Theodoricon per annos .ii.
Unguentum aureum per annos .iii.
Unguentum dialtee per annos .iii.
Unguentum aragon per annum .i.
Unguentum marciaton per annos .iii.
Yeralogodion conservatur per annos duos.
Yera rufini per annum .i.
Yera abbatis sancti nicolai per annos .ii. conservatur.

Nota quod semper et etiam supra dixi, quod quilibet peritus et fidelis aromatarius in vasibus suis debet facere suprascriptionem mensis ac diei in quo confecit syrupos, pillas, confectiones, electuaria, et precipue opiata, que non sunt ante sextum mensem vel ante annum exhibenda, ut sciat medicus tempus precise in quo facte fuerint ipse medicine, ut congrue et cum bona conscientia ac etiam sine periculo sciat eas exhibere cum fuerit opportunum. Et hec de conservatione medicinarum compositarum nicolai dicta sufficiant.

## Sequitur alia doctrina.

Et repositio rerum humidarum sicut sunt succi et gumme liquide et confectiones et electuaria liquida et similia, oportet esse in vasis grossis de vitro vel terra vitreata, vel de argento, vel cornu et similibus. Sed medicine molles que sunt convenientes medicinis oculi debent reponi in vasis eneis: sed unguenta in quibus ingrediuntur pix alkitran et acetum oportet reponi in vasis et pinguedines et cerebella. Et omne pingue oportet reponi in vasis factis de stagno. Et omne quod est ex pulveribus sicut pulvis yerepigre oportet reponi in vase terreo stricti orificii et oppiletur os eius cum cera ne resolvatur et minuatur virtus earum. Et oportet quod reponatur zebibie sive uvarum sive citoniorum sive malorum aut myrti et similium in vase terreo novo. quia terra trahit ad se humiditatem que est in eis et magis preservat a destructione. Et olea debent reponi in vasis vitreis. Et os vasorum debet restringi ne destruatur et feteant. Et oportet reponi omnes species aromaticas ad aromatizandum in vasis aureis vel argenteis deauratis, aut in vasis de porcellanonibus aut ex vitro. Et omne acetosum quod debet servari oportet reponi in vase vitreo quod habet sbarram dempsam quod est signum super durabilitatem eius et super prohibitionem sue corruptionis. Et omne vinum cuius substantia est inequalis, cuius signum est super corruptionem eius facile et quod non diu possit servari oportet servari in vase terreo, ut terra exsiccet humiditatem eius superfluam que est causa sue corruptionis. Tyriacha vero melius conservatur in vase aureo vel plumbeo, aut stagneo. Et hec est finis huius sexte particule.

## Sequitur septima et ultima particula huius opusculi. que tractat de omnibus fere necessariis tenendis et habendis in qualibet Aromataria etc.

Ultimo pro complemento huius utilissimi tractatus volo ponere compendiosum

capl(m) de rebus com(m)u(n)ibus in qualibet aromatario debito modo ordinanda et sigillatim s(ecundu)m diversos doctores.

Et dicam de herbis usualibus floribus, et radicibus, aquis stillatis, fructibus, succis, liquoribus, oleis medicinis compositis et pillulis et electuariis. et aliis confectionibus.

In primis igitur ut supra dixi quilibet Aromatarius locum aptum eligere debet in quo faciat apothecam aptissimam ad res medicinales conservandas, ita quod sit ventis et sole ac pulveribus defense, et quod non sit humida nec fumosa, aut pulverulenta quia omnia predicta habent tam simplices quam compositas medicinas corrigere, corrumpere,

## De seminibus.

Incipiamus ergo primo in dei nomine de seminibus necessariis et usualibus Et sunt ista,

| | |
|---|---|
| Semen Jusquiami | Cardamomi, |
| Sileris montani. | Sinapis |
| Peonie | Anisi |
| Dauci | Carvi |
| Amomi | Leuistici |
| Petrosillini | Anisi |
| Feniculi | Cimini |
| Sparagi | Apii |
| Ruthe | Basilici solis |
| Lini | Fenugreci. |
| Altee | |

## De fructibus.

fructus carpobalsami
Gariofilus, Nux muscata.
Nux Inda, Nux methel,
Amandule, bacce lauri
Melano piper, piper album
Macropiper, Cassia fistula
Tamarindi, Colloquintida
Pinee Amigdale,
Avellane, Dactili
Passule Cassia, Carrubia .i. ficus siccus
Sebesten, pruna,
Melones palestini. Citonia
Jujube. Sorbe pira.
poma aromatica
fructus scilicet citrium et silia

## De floribus.

Rose. viole Agnicasti.
Anthos. balaustie epithimi,
Nenufaris boraginis buglosse,
Ireos Tassibarbassi Sansuci.
Basiliconis mellilot camomille,

## De foliis.

folia scilicet borago. buglossa,
Endivia Gronca. Scolopendria,
Tamariscus Assarum, lupulus.
fumiterre, epithimus. thimum.
Sena et eius follicula, Cuscute,
Absinthium, menta, Calamentum.
pulegium origanum.
mentastrum. Serpillum Rutha.
Abrotanum Centonicum.
Spica triplex Saxifragia,
Camedreos. Camepitheos.
Arthanita, mentus, granuna,
Trifolium, agrimonium. laureola.
Laurus Exula, Titimallus.
pes corvinus sive flamula.
pes columbinus Corrigiola.
Savina millefolium. Barbara.
Cimei rubi. Cardo. berbena.
.i. lapa, fu .i. valeriana,
Lus .i. serpentaria, vel dragontea,
Cretani marini. Saldana sive saldanella. Consolida triplex.
plantago, nenufar.
filigendula Calendula.
pimpinella nepita Matrisilva Aquilegia,

betonica. piperea. lingua cervina. i. scolopendria.
Vermicularis. i. sempuiua.
Cimbalaria epatica. Centum galli. Cauda equina.
Eupatorium. Solatrum minus.
Prassium ysopus. Arthemisia.
Matricaria. Usnea. i. herba valde minuta in tectis domorum.
Tassus barbassus. Rutha.
Crapazia. Celidonia. feniculus.
Camomilla. mellilotum. Centaurea.
Lunaria. Angelica.
pimpinella. paritaria.
Virga pastoris. Stirados.
Scabiosa. Serpillum. polium.
Cucumer asininus.
Capilli veneris. Lapacium acutum.
Agrimonia. ypericon. i. perforata cum radicibus. Allzelregi
Caul. Viole. blete. mercurial.
Altea. Malua. Urtica.
Ozimum. s. gariofilatum.
Raffanus. berzuraria. folia. s. gariofilate. pentafilon. i. herba quinque foliorum. Colarea.
polipodium. filex. Saliunca. arboris
Grassula.

De gummis.

Mirra. thus. Euforbium.
Galbanum. serapinum. oppopanacum.
bdellium. armoniacum. sarcocolla.
Storax. pix utraque. Sandaraca. i. vernix. mastix. gummi arabicum.
Dragagantum. karabe. gummi cedri. Gummi edere.
Gummi abietis. resina. i. gummi pini. Terbentina.
potes his addere gluten. i. colla piscium. gummi feniculi. gummi ruthe.

De ossibus.

Os de cuore cervi.
De aliis vero ossibus quibus utimur, dicetur immediate in precedenti rubrica. s. de superfluitatibus animalium.

De superfluitatibus animalium.

Caro leonis. epar. et intestinum lupi.
pulmo vulpis.
pellicula interior stomachi gallinarum.
Splen pulli equi.
Coagulum leporis. et est melius omnibus aliis.
Coagulum edi. Capreoli. vituli.
Assungia porcina. gallinacea.
Assungia anserina.
Leonina. Equina.
Ursina. Tassionina. yrcina.
Vulpina. Gattina. Vulturina. humana.
Sive sepum capre. yrci.
Medulla cruris ossium vituli.
Cervi. Vacce. Asini.
Os de corde cervi.
fel tauri. fel yrcinum. et capre.
fel leporis. et testudinis.
fel accipitris. et aquile.
Serum lactis.
Lac quodcumque.
butyrum. Mel. et cera.
Coagulum columbi.
Sanguis hyrcinus.
Os sepie.
Muscus.
Sericum combustum et crudum.
Stercus columbinum.
Stellionis. muris. humanum.
Stercus galli.
Ebur. i. cauolum.
Spodium quod sunt aliquos et proprie sunt circa instans est ebur

os elephantis combustum. loco cuius mali apothecarii sophisticantes artem utuntur osse arietis combusto. Auicenna vero dicit quod verum spodium fit ex radice cannarum ustarum etc.

Margarite .i. perle que secundum aliquos reperiuntur in gorzio et auriculis piscium uel conchilijs.
Castoreum et sunt testiculi illius animalis nominati suo nomine castor.

## De metallis.

Aurum. Argentum. Calcecumeno. plumbum ustum. battitura eris. marchesita [illegible] Litargirum. Ozimum. Argentum [illegible] Argentum sublimatum.

## De lapidibus.

Margarite .i. perle. Coralli utrique. lapis lazuli. lapis armeni. Lapis ematites. lapis iudaicus. Lapis lincis. Cristallus. Magnes. Antimonium. Cinabrium. marmor.

## De fragmentis et gummis pretiosis.

Zaphiri. granati. iacincti. Smaraldi. Robini et aliorum ut Sardinus et balassi.

## De quibusdam speciebus terre que sic nascuntur.

Aspaltum. sulfur. chimolea. Alumen zucharinum. Alumen iameni. drozia
Terra sigillata. vitriolum. flos eris. Auripigmentum. Lutum Armenum .i. bolum armenium. Arsenicum.

## De speciebus salis.

Sal comune .i. sal panis .i. sal masse. Sal Indum. Sal nitrum. Sal alkali.

## De confectionibus in forma solida.

Diaciminum mesue siue nicholai.
Diagalanga secundum Auicennam et secundum mesue et secundum nicolaum
Aromaticum rosatum descriptione gabrielis secundum mesue.
Diambra mesue
Diamuscus dulcis mesue
Aromaticum gariofilatum me.
Diaturbith
Diadragagantum nico.
Diarodon abbatis nicolai

## De electuariis.

Diacassiafistula mesue
yera diacolloquintidos me.
yera hermetis mesue
Electuarium Indum mesue
Electuarium de succo rosarum nico.
Electuarium amech mesue
Electuarium diasmicon mesue
Electuarium elescoph mesue
Confectio anacardina mesue
Electuarium de sorbis mesue
Electuarium reginum mesue
Electuarium de gemmis mesue
Diatrionpipereon et potest fieri secundum mesue et secundum nicolaum et secundum galienum
Diacurcuma mesue
benedicta nicolay
paulinum nicolay
Theodoricon anacardinum nico.
Catarticon imperiale nico.
pliris arcoticon nicolay
Athanasia nicolai
Diaprassium nicolay
Diasene nicolay
yeralogodion nicolay
Diacatolicon nicolay
Diamargariton nico.
filonium romanum Ga.
filonium persicum mesue
Electuarium de baccis lauri
Dyayris nicolay

Lenficans almansoris
Rosata nouella nico.
Diacitoniten nico.
Electuarium restauratiuum nico.
Electuarium litontripon nico.
Tyriacha magna andromaci posita ab A. in quinto canone,
Tyriacha diatesseron secundum me,
Methridatum secundum nico.

de conditis.

Zinziber conditum mesue,
Citra condita mesue.
Acori conditi mesue,
Zuccharum boraginatum me.
Zuccarum buglossatum me.
Zuccharum ro. me.
Zuccharum vio. me.
Mel ro. colatum et non colatum me
Mirua citoniorum simplex et aromatica.

de triferis.

Trifera magna nico. cum opio.
Trifera minor mesue ex arte senonis.
Trifera saracenica mesue,

de speciebus looch,

Looch de pino me.
Looch sanum et expertum me.
Looch de squilla me.
Loch de papauere mesue,
Diamoron nico.
Mel mirum
Diacodion nico.

de Julep.

Julep violatum me.
Julep rosatum me.
Et nota quod semper julep fiunt ex aqua distillata et zuccaro. Et etiam possunt fieri ex infusionibus vel decoctionibus.

de trociscis.

Trocisci de gallia muscata nico.
cap. de confectione gallie muscate
Et etiam mesue facit capitulum de trociscis gallie allefangine.
Trocisci de reubarbaro mesue
Trocisci de squilla.
Trocisci de alkekengi mesue,
Trocisci de absinthio me.
Trocisci de karabe mesue,
Trocisci de cafura me.
Trocisci de spodio me
Trocisci de terra sigillata me.
Trocisci de caparibus me.
Trocisci de mirra rasis capitulo de prouocatione menstruorum.
Trocisci diarodon abbatis mesue,

de speciebus rob,

Rob de berberis me.
Rob de ribes me.
Rob de agresta me.
Rob de moris me.
Rob vini quod fit cum consupta medietate vini et ipsum fuerit multum consumptum duabus partibus.
Rob de citro me.
Rob de mirto me.
Nota quod sapa est idem quod vinum coctum vel rob de vino,

de oleis.

Oleum de amigdalis dulcibus me.
Oleum de amigdal. amaris me.
Oleum liliorum alborum me.
De camomilla me.
De keyri
Anetinum me.
yrinum i. yreos me.
Nardinum i. de spica me.
Masticinum me.
De caparibus me.
De mirtibus me.
~~De agresta me~~
De genestra me
De euforbio me.

De papaveribus me.
De croco me.
Vulpinum me.
De scorpionibus me.
De lateribus me.
De terbentina
De tartaro.
De semine lini
De cinamomo me.
De menta me
Costantinum me.
De laurea me.
De anethos
Rosatum me.
Myrtinum me.
De nenufare mo.
De jusquiamo.
De mandragora mo.
De cucurbita me.
De salicibus
De spicibus
De chelidoniis
De sambuco .i. de floribus me.
De sinapi me.
Balsaminum me.
De juniperio me.
De stirace me.
Oleum philosophorum me.

De unguentis.

Unguentum arrogon mo.
Marciaton mo.
Dialtea mo.
Agrippa mo.
Unguentum citrinum mo.
Unguentum populeonis mo.
Apostolicon mo.
Unguentum de cerusa cum aceto et sine aceto mo.
Unguentum aplorum. A. 4to canone
Unguentum egyptiacum me.
De ysopo humida
Basilicon me.
Cerateos me.

Rosatum me.
Emplastrum de mellilote me.
De sinapi me.
Diafinicon me.
Diaquilon me.
Stomaticon ca. me.
Oxicroceum mo.
Ceroneum mo.
Emplastrum relatum ab herasistrato. fri. me.
Infrigidans galieni me.
Emplastrum de gallia frigidum et calidum me.
Emplastrum de xilo aloes me.
Unguentum de ligustro me.
Unguentum resinum
Unguentum de tucia.

de syrupis.

Syrupus rosatus mo.
Violatus me.
De endivia
De cicorea
Acetosus simplex me
Oximel simplex me
Oximel compositum me
Oximel squilliticum me.
Oxizacchara mo.
Mel ro. colatum me.
Syrupus de tribus radicibus me
De .v. radicibus me.
De menta me.
De calamento me.
De fumo terre me.
De absinthio me.
De eupatorio me
De thymo me.
De epithimo me.
De mirto me.
De prassio me.
De liquiricia me.
De fructibus
De pomis.

De citoniis me.
De ribes me.
De nenufare mio.
De berberis.
De cucurbita.
De portulaca me.
De acetositate cit̄ me.
De limonibus.
De papauere me.
De agresta me.
Diamoron mio.
Syr̄ de artheisia
Syr9 in ℞inus.

Post hos syrupos alique decoctiones mesue.
aqua simplex
aqua aromatica

De aquis.

Aqua rosata
viole
Endiuie
Cicoree
absinthij
ajeute
lupulorum
Acetose
Scabiose
Capillue
boragis
Scolopendrie
Tamarisci
ajaiorane
peonie
Calamenti
Sticados
ysopi
psilii
Enule
Arthemisie
Consolide sol. eius.
betonice
feniculi
Spinagoni
foliorum ede
bozagiuis
berbene
Ruthe
Graminee
Cuscute
ajellisse
Altee
Rosmarini
Celidonie
Eufraque,
Aq̄ vitis que cadit ex vite
Cretanorum
florum genestre
Sauine
ajillefolij
Abrotani
Centonaci
Apij Arorum
Solatri
Epatice
Cucurbite
Aq̄ anguine et citrinis
Corticum fabarum viridium ripar. fabarum pp.
Aq̄ vite q̄ alio nōie dicitur

aqua ardens & fit de vino et est mirabilis ad multa pro salute hominum. et precipue qñ de ea fit quīta essentia.

Et nota q̄ decoctiones etiā possunt fieri ex aquis predictis et precipue qñ non habemus tempus et aptitudinē distillādi.

De pillis.

Pillule cōes ex aloe mixta t croco ex iniectione ruffi vl' galieni siu aliquos,
pillule de yera cū agarico mio.
pille de agarico me.
pille allefagine me.
pille de reubar. me.
p. cochie rasis
pille lucis maiores me.
Aqregatiue me ĩucīoe mia,
fetide maiores me.
fetide almasoris,
pille de benedicta mio.
p. de yeralogodion mio.
De sapiō me.
De bdellio maiores me.
Stomatice me.
Arthetice mio.
De lapide lazuli me.
De turbith me.
De croco me.
Alandal me.
De yera q̄rita
De eupatorio me.
De yera simplici me.
De hermodactil' maiores me.
De fumo ter. A
Assarareth A.
Sine quibus mio.
De euforbio me.
De lapide armeno me.
De mezereon me.
p. inde me.
pille auree mio.
p. de cinoglossa me.
pille bichiche me.

pillule siptice meolai
pille imperiales

## De confectis de zuccaro.

Conserua rosata .i. ex rosis facta z vocatur zuccarum rosatum
Conserua de boragine
Conserua buglossam
violatum
melissa
maluata valens ad asma
Et omnes predicte conserue fiunt sicut dixi de rosata / potest fieri de floribus et de foliis /

## De confectis de melle /

Mel rosatum colatum
Mel violatum
maluatum
Genestratum
Aqua mellis z di ydromel
Rodomel .i. mel rosatum cum foliis.
Mel nucum ad asperitatem gutturis et squinanciam
Mel canne valet ad tussim et ad asperitatem gutturis z pectoris. et ex eo fit zuccarum et est valde abstersiuum z mundificatiuum.
Zuccarum vnius cocte
Zuccarum duarum coctarum
Zuccarum taberzed .i. trium coctarum /


## De speciebus candi.


Zuccari candi
Candi rosati
Candi violati
Candi citrari
Candi de ribes.


Explicit compendium aromatariorum compositum per dominum Saladinum de Esculo artium et medicine doctorem dignissimum. etc

Deo gratias Amen.









Incipit liber Servitoris. liber xxviii. bulchasi benaberazerin translatus a Simone Januensi interprete abraam tortuosiensi. et divisit in tres tractatus.

Dixit agregator huius operis, postquam ego collegi librum hunc magnum in medicinis compositis: qui est liber magni iuvamenti: quem nominavi librum Servitorem: et complevi libros suos omnes secundum voluntatem meam: inveni in multis ex medicinis compositis libri huius medicinas multas simplices, que indigent preparatione ante horam necessitatis magne earum: quemadmodum succos exprimere: et medicinas comburere, abluere, et conficere aliquas ex eis: et discernere que ex eis bona sunt: et que non bona: et alia similiter hanc formam: previdi igitur agregare omne quod est necessarium in hoc: secundum rememorationem meam et ordinavi hunc librum in tres tractatus.

primus tractatus — Primus eorum est de preparatione lapidum: et mineralium solum: et de ablutione eorum: et de adhustione et confectione eorum, sicut est marchasita, et atramentum et calcantum, et colcotar, et species aluminum, et species salis, et plumbum et ferrum et es. et cohol, et scoria argenti et scoria auri: et de ablutione tutie et calcis: et de sublimatione argenti vivi: et arsenici, et de medicinis pectinis. i. psilotris: et de operatione medicinarum acutarum: et de operatione zenzifur: et de preparatione istorum omnium. et declaratione scientie iuvamentorum istorum omnium.

Tractatus secundus est de preparatione radicum et plantarum et de operatione expressionis succorum earum, et qualiter extrahuntur mucillagines et cortices seminum: et medulle seminum. et de ablutione olei, et de preparatione fecis eius: et de ablutione aceti: et de collectione fecis eius: et de operatione aceti squillitici: et de distillatione aque ipsius scille: et de assatione ipsius: et de distillatione aque camphore, et de operatione amili ex frumento: et de ordeo et siligine: et de ablutione coralli et karabe: et de operatione medicinarum acutarum et laxativarum. sicut est scamonea et colloquintida, turbit et mezereon, et anacardi, et scebram. i. esula, et species eius: et ad sciendum tempus quo debent colligi herbe necessarie reservationi: et qualiter debent servari que colliguntur ex radicibus et floribus, et oleis eorum, et similibus, — 2us tractatus.

Tertius tractatus est de preparatione medicinarum sumptarum ex animalibus, sicut de adhustione cochlearum et ostracorum et cornuum, et solearum — 3us tractatus.

et vnguium, et ossium: et de adustione cortium ouorum: et de adustione sete: et de adustione sartan .i. cancrorum, et scorpionum et tyrorum et leporum et vespertilionum et yrundinum. et de modo colligendi sanguinem ex animalibus uiuentibus. et de candidatione cere. et de confectione vrine infantium: et qualiter fit gluten ex coriis: et qualiter colliguntur fella et exsiccantur ad necessitatem alcohol. et de cognitione istorum omnium que sunt bona: et que non bona ex eis:

## Tractatus primus capituli primi De ablutione litargiri: et adustione eius et electione boni ex eo:.

Et de primo tractatu est modus ablutionis litargiri: et de adustione ipsius et electionis boni et non boni ex eo. Species igitur litargiri multe sunt: quia quedam species eius est, que fit ex plumbo: et quedam fit ex argento: et quedam fit ex auro: et quedam ex eis est nigri coloris: et quedam aurei, quequidem melior est ceteris. Nam vnguenta que fiunt ex tali litargiro declinant ad albedinem: et sunt nobilissime bonitatis: sed si litargirum fuerit nigrum: aut habens in se aliquid plumbi erit vnguentum quod fit ex eo nigrum et turpe. Si ergo volueris ipsum abluere et dealbare necessarium est quod elligas illud habet colorem auri. et quod sit graue. et mundum a plumbo et frangas in frusta quantitatis fabe. et accipias quantitatem ex eo quam volueris: et pone in olla rudi: et proiicias super idem aquam: et ponas super id de frumento bono et purgato quantitatem quandam: et accipias de ordeo pugillum vnum, et liga in panno lineo nouo subtili. et suspendas eum ligatum in orificio olle intra ipsam: et facias feruere donec crepet ordeum: deinde auferas ollam ab igne, et ponas id quod est in olla in pura parapside munda: et proiicias frumentum et funde super litargirum aliam aquam, et ablue ipsum fricando manibus fortiter, postea dimitte siccari: deinde accipe et tere ipsum, et proiice super ipsum aquam calidam, et agita ipsum et dimitte quod resideat et abiice aquam, et iterum desicca vt prius. et facias hoc desiccando terendo et abluendo tamdiu quod subtilietur et dissoluatur in aqua: deinde expecta quod resideat et clarificetur aqua: et abiice ipsam et tere cotidie sepe in die et in vesperis, et pone super eum aquam aliam: et dimitte per horam vnam et cola et facias hoc totum ter in die quinque diebus continuis: post hoc proiice super duas libras ex eo .3.ii. salis gemme, et infunde super ipsum aquam aliam, et qu

fit album pone sup eum aquam calidam et facias sicut quod fecisti prius tamdiu quod nichil remaneat in eo salsedinis: et postea dimicte desiccari in sole movendo ipsum sepe donec exsiccetur tota humiditas: deinde repone et serva / Alius modus.

R de litargiro lib. ii. et tere bene. deinde accipe de salgemma nigra lb. vi. et misce cum litargiro. et pone in olla rudi: et proijce super ipsum tantum aque quod cooperiatur: et agita tota die mane et sero, et si aqua videbitur minus adde paulatim, et fac id. xxx. diebus agitando ut dictum est ne coaguletur et petrificetur: et post. xxx. dies abijce agitando paulatim: deinde pone ipsum in mortario et tere: et postmodum proijce ipsum in parasside terrea munda. et proijce sup ipsum aquam: et agita cum manu motione forti: et dimicte donec resideat, et abijce illam aquam. et superfunde aliam aquam: et facias hoc quousque salsedo tota recedat: postea dimitte bene exsiccari. et in forma trociscos et sine exsiccari: et serva in vase plumbeo,

Modus alius.

Frange litargirum in frustra quantitatis fabe. et pone ipsum intra stomacum apri, et fac tam diu fervere in aqua donec stomacus coquatur: deinde extrahe ipsum a stomaco, et pone cum eo de sale quantitatem que sufficiat: et tere et lava sicut dictum est superius Alius modus.

Et sunt qui accipiunt litargirij quantitatem lb. i. et miscent cum eo tantundem salis et ponunt super ipsum aquam. et tenent in sole et mutant aquam una vice post aliam quousque albescat / Et aliter / Accipe quantitatem litargirij et involve in cotone albo: et pone in olla fictili, et pone desuper ipsum aquam. et accipe fabas recentes vel novas pugillum. i. et pone desuper et permicte tamdiu bullire quousque fabe crepuerint. et cotum nigrificatum sit: et tunc proijce ab olla et involve in coto albo. et suppone aliam aquam claram ponendo alias fabas, ut prius. et coque iterum ut fecisti. et facias hoc ter vel amplius quousque cotum non tingatur. et post pone ipsum in vase aliquo. et pone super omnes. lxxx. ℥. ex eo salisnitri quantitatem lb. i. et tere sil. et iterum suppone de salnitro albo fortis albedinis, ℥. xlij. postquam salnitrum prius dissolveris in aqua. et tere bene donec albescat magna albedine. deinde pone in vase terreo latum habente orificium. et suppone aquam multam et agita. et dimicte donec resideat et aqua clarescat, et abijce ipsam. et iterum pone aliam aquam. et fac ita donec aqua dulcescat, et nichil remaneat salsedinis. In fine vero cola aquam. et pone in olla nova ~~vitrea~~ terrea nova vitreata in sole. xl. diebus in estate. Et post. xl. dies quando erit desiccatum utere eo.

Alius modus dealbandi.

Alius modus.

¶ Accipe litargiri boni auri partem et tere bene. et pone super eum de sale comuni partes duas. et pone super eum quantitatem aque qua cooperiatur et super eum circiter quatuor digitos. et dimitte in vase .vij. diebus et misce omni die bis, et post .vij. dies proice. et pone aliam aquam. et muta aquam illam cotidie usque ad finem .xl. dierum. Tunc aqua enim dulcificabitur. et litargirum dealbabitur sicut cerusa, et fac trociscos et serva et utere.

Combustio litargiri.

¶ Accipe litargirum et frange frustatim ad quantitatem nucis. et pone super prunas sufflando cum folle fabrorum donec fiat sicut ignis. deinde extrahe ab igne. et sine infrigidari et absterge ipsum a putredine. Alij vero quando extrahunt ipsum ab igne extingunt eum in aceto vel in vino. et iterum ponunt in igne. et sic faciunt tercio et etiam pluries extinguendo, et postea abstergunt.

Modus operationis cerusse et ablutionis, et electionis ipsius. et que est bona et que non.

Modus faciendi cerusam sicut fit in hyspania: est ut accipias vas magnum terre habens orificium latius fundo eius. et ponas eum in domo obscura plena fimo pecorum. et sit remota a vento. et sit domus stricta, et sepeli duas partes vasis in illo fimo. et pone in fundo vasis parum aceti boni vel mixti cum fece sua. et super acetum pone iterum de una uva bona et bene matura que attingat usque ad medium vasis vel minus parum. et caue ab uua nigra ne cerusa destruatur. et postea accipe pannum grossum de lana vel de pilo: cuius forma sit rotunda formatum ad mensuram orificij vasis. et fac in ipso panno .xxx. vel .xl. foramina, vel plus, vel minus secundum quantitatem orificij vasis. et suspende in uno quoque foramine panni filum unum grossum et forte. et in capitibus filorum liga laminas plumbi unicuique filo laminam unam. et longitudo uniuscuiusque lamine sit duarum partium palmi unius. et latitudo uniuscuiusque sit tertia pars palmi: et spissitudo earum sit sicut grossitudo digiti vel circa illud. Et suspende laminas in vase longe ab uvis circa mensuram trium digitorum. deinde coperias vas aliquo coopertorio: quod cooperiat os vasis cum toto illo coopertorio perforato: et stringe coopertorium bene ne aer vel ventus ingrediatur. et claude hostium domus ne ventus ingrediatur in domum. et dimitte sic decem diebus vel circa hoc secundum qualitatem temporis: et postea aufer coopertorium primum et secundum perforatum. et aufer laminas paulatim. Nam tu invenies in

laminis cerusam: que declinat ad nigredinem parum: et tunc rade laminas paulatim unam quamque per se. et postea repone eas in uase secundum modum predictum. et dimicte sicut fecisti prius. postea iterum auferas et rade, et aduna cerusam sic. et facias ita donec fere consumpte fuerint lamine. deinde pone ibi alias laminas plumbi nouas. et fac ita sepe si uis multam cerusam facere: et caue a fumo uasis. quia multum ledit cerebrum. Postmodum autem in tempore ueris accipe quod collegisti et adunasti. et pone totum in magna peluí. et pone super eam aquam, et laua et proijce aquam quando cerusa descenderit ad fundum peluis. et pone aliam aquam. et fac ita donec nigredo recedat. et fiat alba. et purgata a superfluitatibus: deinde facias ex ea magdalones. et pone super lapidem marmoris ad solem, et sine siccari: et custodias ipsam a fumo et a uento, et a puluere. et repone et serua.

## Modus abluendi cerusam et assandi. et lauandi eam.

Tere cerusam. et pone in uase fictili concauo super prunas. et fac ignem desubtus donec sit combusta: deinde remoue ab igne et repone: Et si uis ipsam assare. necesse est quod ponas eam in patella ferrea super ignem, et agita ipsam semper donec conuertatur in colorem cineris. postea aufer ab igne, et dicte infrigidari et repone: Et si uis eam abluere tere ipsam in aqua sepe et proijce aquam sepe. et ablue sicut lauatur scoria auri et argenti. quorum modus dicetur infra. Et illa est bona cerusa, que est multum candida. et partes eius sunt de se clare. et quando tangis eam digito, inuenies partes eius lenes sine asperitate. et quando tu frangis aliquantulum ex ea ungue tuo, quod frangitur est sicut squama.

## Modus lauandi plumbum.

Opportet quod habeas mortarium et pistellum de plumbo et proijcias in mortario parum aque. et agita cum pistello diu donec aqua incipiat denigrari et ingrossari. deinde cola ipsam per pannum lineum. et fac hoc ter uel amplius. et dimicte quod colatum est quousque descendat plumbum ad fundum uasis in quo ipsum colasti. et postea proijce aquam eius, et pone aliam aquam. et laua ipsum sicut lauatur scoria auri et argenti. et sepe quousque non remaneat in aqua ulla nigredo. et fac trociscos et repone.

## Alius modus lauandi.

Sunt qui accipiunt plumbum purum et liniant eum cum lima. et terunt eum cum aqua modica in uase quod dicitur in eorum lingua salaya. et pistellum est de petra: et ponunt desuper ipsam aquam. et lauant ipsam in uase sicut dixi.

supra. et cum manu adiuuant.
et quod egreditur de nigre-
dine proiciunt. et scias quod non
debet lauari uiriliter multum
ne conuertatur in cerusam. sed
expectare parum et reiterare
aliam aquam: et sinere quo-
usque plumbum descendit in
fundum uasis: et proicere illam.
et iterum mittere aliam: finaliter
uero debet abijci tota aqua. et
fieri ex eo troiscos. Et causa
quare non debet multum ex-
quisite ablui est ne conuertatur
in cerusam.

**Modus qualiter lauatur scoria plumbi.**

Accipe de scoria plumbi
et tere ipsam bene. et pone
aquam et ablue: et proijce a-
quam semper. et iterum pone
aliam. et fac ita tamdiu quod bene
abluta sit. In fine uero ex-
pecta quod descendat scoria ad
fundum uasis: et abijce aquam
et fac troiscos et repone.

**Modus adustionis plumbi.**

Sume lamineas plum-
beas, et pone in olla fictili. et
proijce super eas parum sulfu-
ris radendo ipsum sulfur super
eas: deinde accipe alias lami-
nas plumbi. et pone super primas.
et iterum rade super eas de sul-
fure. et iterum alias lami-
nas suppone: et sulfur rade.
et fac ita quousque olla sit
plena: deinde accende sub eas
ignem: et cum videris plumbum
inflammari oportet quod commisce-
as cum virga ferrea donec
plumbum conuertatur in ci-
nerem, ita quod nichil remaneat
de substantia plumbi. quin
sit totum in cinerem conuersum,

et quod erit ita aufer ab igne,
et dimitte infrigidari. et oportet quod
ille qui hoc facit cooperiat
faciem suam. nam odor multum
nocet. **Modus alius comburendi.**

Accipe limaturam plumbi
et admisce cum ea de sulfure.
et pone in ollam super ignem,
et agita cum virga modo pre-
dicto. **Item alius modus.**

Alij accipiunt cerusam
de plumbo loco sulfuris et ipo-
nunt. verum quo usi sunt hi-
spani de combustione eius est.
quod accipiunt plumbum et ponunt
in furno aurificis. et sufflant
cum folle donec conflatur. et
post radunt super eum sulfur
donec combustum sit. et colli-
gunt et reponunt: uel etiam suf-
flant super ipsum sine aliquo
sulfure quousque comburatur,
verum magnus labor est. et
non potest comburi nisi in magno
tempore et cum difficultate.
Accipe ergo ipsum adustum.
et laua ipsum cum aqua dulci
sicut abluitur id quod supra
dictum est in capitulo de la-
minis et repone, et scias quod quod
erit bene adhustum conuerte-
tur in colorem litargirij.

**Modus faciendi es ustum.**

1 Inquit diascorides.
Sunt qui faciunt es
ustum ex clauis qui
reperiuntur in naui in hunc
modum. Accipiunt sulfuris
partem, et salis tantundem. et
terunt utrumque simul. et ponunt
clauos in olla fictili cruda cum
sulfure et sale. et gradatim
ita quod unum solarium faciunt
de clauis. et aliud ex puluere

salis et sulfure. et iterum aliud
ex clauis, et aliud ex puluere.
et sic faciunt quousque olla sit
plena. et postea cooperiunt
uas cum coopertorio terreo. et
ponunt in fornace figuli. et
dimittunt quousque uas bene
coquatur. et auferunt. et
reponunt. Et dixit quod alii ra-
dunt super ipsum alumen ia-
meni loco sulfuris. Et alii
nullum istorum ponunt. nisi quod
comburunt satis. Et alii com-
burunt cum sulfure solo. sed
id fit nigrum. Alii uero
liniunt clauos cum sulfure
et alumine dissolutis in ace-
to. et adurunt in uase crudo.
Et alii accipiunt clauos, et po-
nunt in uase ereo. et proiici-
unt desuper acetum et comburunt,
et postquam adhustum est semel
proiiciunt desuper acetum. et
sic faciunt ter, et reponunt.
Alii uero sic comburunt
es. Accipiunt enim limatu-
ram eris rubei. et ponunt
super eam octauam partem sui
de sulfure: et ligant in pe-
cia et liniunt uel lutant cum
argilla. et siniunt siccari, et
postea sepeliunt in igne facto
ex stercoribus animalium
duobus diebus quia erit
adhustum. et istud est mi-
rabile es adustum, quod me
docuit quidam uir bonus et
fidelis. Et melius es ustum
omnibus est id quod appor-
tatur de babylonia: et postea
id quod uenit de cypro, quod
declinat ad nigredinem et ru-
borem.

Ablutio eius.

Sed qui uoluerit eum abluere.
terant eum in aqua dulci et
secundum modum illum quo lauat
cerusa mutando aquam ter
in die donec nichil rema-
neat putredinis.

Modus lauandi scoriam eris.

Scoria eris lauatur eo-
dem modo: et uirtus eius est
sicut uirtus illius. uerumtamen
scoria minoris uirtutis est.

Modus lauandi batituram eris: et est illa que cadit ab incude quando maleatur es.

Dixit diascorides. sume
batituram eris et pur-
ga ex ea libras duas.
et pone in uase quod
dicitur salaya. et pone super salaria
ea aquam claram dulcem.
et misce bene donec squame
descendant in fundum uasis.
et ascendat putredo natans
in aqua, et proiice aquam.
et aufer quod est clarificatum
et pone libram .i. semis aque pluuia-
lis. et iterum misce in salaya
cum manu. et quando uideris eam
leuem proiice aquam paulatim
quousque remaneat .ʒ. unum
et laua iterum lauatione forti.
et postea comprime squamas
illas appodiando parietibus
uasis: ut exprimatur ab eis
aqua; et tunc recipe aquam
illam. et pone ipsam in uase
eris rubei. quia ista aqua
est corpus squamarum et
subtilitas earum. et earum uirtus
qua debemus uti in medi-
cinis oculorum, illud autem
quod remanet habet modicam
uirtutem. et oportet quod la-
uetur alia uice, et quod misceatur
bene quousque nichil remane-
at illius leuis: et postea copi-

electio.

residuum cum panno. et dimicte
duobus diebus ita quod non com-
moueatur. et post duos dies
clarificabis. et repone in
vase stricti orificij. et alij la-
uant folia: Alij florem eris.
sicut scoriam. et reponunt/
Modus comburandi scoria
et abluendi ipsam. et eligendi
bonam ex ea/

Notandum est quod scoria
quorumcumque metal-
lorum nominatur
arabice climia. et modus
combustionis eius est quod po-
nas super ignem de primis
donec calefiat. et faciat
ebulitiones similes uesicis.
sicut facit scoria ferri. et
tunc extinguas eam in e-
state in uino. et qui eget
usu eius in scabie oculorum
oportet: ut extinguat eam
in aceto. Alij uero accipiunt
scoriam combustam in hunc
modum quem ego narro. Te-
runt ipsam in uino. et po-
nunt eam in ollam factam
ex argilla. et comburunt
alia uice quousque frangatur
in modum foliorum. et postea
terunt iterum: et combu-
runt alia uice: et tertio do-
nec uertatur in cinerem,
et nichil remaneat grossi-
tiei. et istud est quo utitur
quidam loco thucie/
Doctrina qualiter aducitur
scoria argenti et auri ex
libro almeiamir quibus
vtimur in collirijs.

Accipe de scoria ca-
brusie quantum uis.
et tere ipsam gros-
somodo. et confice cum melle

ipsam. et pone ipsam in vase
fictili nouo. et opila orificium
eius. et lini cum argilla. et
facias foramen in summita-
te copertorij. per quod fumus
exalet. et pone uas in medio
ignis ex carbonibus. quando
ergo incipit scoria comburi
aspice fumum qui egreditur
ex foramine: si declinat ad
nigredinem dimictas adhuc
super ignem: sed quando uide-
ris ipsum declinare ad albe-
dinem aufer ab igne: et ex-
trahe scoriam a uase. et proijce
super ipsam de bono vino
quantitate qua extinguatur.
et dimicte refrigerari et
tere et vtere. Ablutio eius.
¶ Sed eius ablutio est: ut
teratur in aqua: et proijcia-
tur illa aqua: et iterum po-
natur super ipsam alia aqua.
et fiat hoc sepe tamdiu quod
non appareat super aquam
aliquid putredinis. deinde
collige sicca et reserua: Et
melior speciesrum eius est ca-
brusie. deinde que habet co-
lorem celestem et intus album.
et habet venas siles lapidi.
Alie uero sue species sunt non
bone, quia non valent nisi
in vnguentis.
Modus preparandi kalimiam.
et abluendi et conficiendi eam.
et scientia electionis eius.

Kachimia est tucia: que
vocatur arabice se-
fazie: que conuertit
eramnum rubeum in glaucum.
et ipsa quidem est thucia in
potentia: et quando fit ex ea au-
ricalcum ascendit fumus eius

z adheret parietibus forna-
cis z colligitur et convertitur
tunc in thutiam in effectu. z
hec est illa que est bona ad
preparandum et abluendum.
Et thutia quidem est lapis
qui egreditur ex minera ppe
in albiram civitate hispanie.
z illa que ex ea gravis est
mediocriter et declinat ad
rubedinem paulatim vel ad
glauceditatem est melior spe-
cierum eius. et que est munda
a lapidibus sue minere. et est
species climie fm opinionem
dyascoridis. Et omnis scoria
de corpore malleabili: sicut
est aurum et argentum es,
vel plumbum, seu ferrum. et
alie multe species. et alij
lapides multi: sicut mar-
chasita sunt omnes fm opi-
nionem diascoridis leachimie.
Verum id quod verificatum
est apud nos experientia z
ope huiusmodi longo tpe
in ablutione istius thutie
et preparatione eius in me-
dicinis oculorum est, ut
accipias de isto lapide sicut
egreditur de minera terre.
ex eo qui est declinans ru-
bedini et glauceditati: sicut
dixi qui est mundus a lapidi-
bus sue minere: et frange
frustatim. et pone in for-
nace aurifitis cum multis car-
bonibus, z suffla cum folle.
et pone desuper alios car-
bones, z suffla quousque ca-
lefiant lapides. et ascen-
dat fumus eius ab igne,
Tunc ergo accipe illos
ardentes cum forcipe z
extingue in aqua pluviali,
vel dulci: et qui vult uti ea
in scabie oculorum. et vult q
eius frigiditas et stipticitas
sit amplior: oportet q ex-
tinguat eam in aceto, vel in
aqua granatorum vel in de-
coctione sumach. et ille qui
vult ut sit magis penetrans
et subtilior: oportet q ex-
tinguat eam in vino vel sapa
et iste est modus coctionis eius.

Modus ablutionis eius.

Modus vero ablutionis
eius est, q accipias
leachimiam et teras
grosso modo ne terantur
partes que sunt in ea ex la-
pideis venis. deinde liga
eam in panno grosso ex lino,
et pone coram te parassidem
magnam cum aqua dulci.
et submergas peciam illam
in quam ligasti tutiam in
aqua. et frica manibus. z
iunge cum aqua illa sepe
et diligenter. donec dis-
solvatur quod est subtile
ex ea et egrediatur ex panno
in aquam. Et tua interest
q reponas aquam illam cum
eo quod egressum est de pe
cia in parassidem aliam,
et frices iterum pannum in aqua
alia clara: et hoc fac quousque
tota terreitas thutie exco-
letur a panno. Ultimo proijce
quod remanet ex lapidibus
in pecia, deinde misce aquam
que est in parasside cum thutia
et proijce aquam illam cum subtili
illo terreo: et illa pinguedinem
que natat super aquam per agi-
tatione eius in vase alio

et facias hoc cum summa facilitate, ita quod sepe illud subtilissime ab arena que descendit in fundo vasis: et proicias aquam aliam secundo et 3o quousque nichil remaneat de sorde eius: deinde proice arenam que sua gravitate iacet in fundo vasis. reliquum vero quod reservasti dimitte residere in aqua, donec descendat ad fundum: tunc proice aquam cum facilitate: donec remaneat corpus eius: hoc autem pone sub sole donec desiccetur, et repone et serva. Alius ad idem.

¶ Verum quidam abluunt iterum hanc in hunc modum, qui est quod colligunt cor eius et spumam seu pinguedinem eius de superficie aque cum coto mundo: et proiciunt istam: et iste modus ablutionis appellatur arabice althesiul. i. clarum: et faciunt ita sepe quousque egrediatur tota spuma eius, et subtilitas eius; et abluunt cotum athutia que est in ipso qualibet vice: et ponunt sub sole quando expleverint donec siccetur. et reponunt necessitati usus. Modus confectionis kachimie.

Confectio vero kachimie diversificatur secundum diversitates egritudinum oculorum: nam ille qui vult frigiditatem eius in obtalmia, oportet quod ponat de aqua rosata bona in una parasside, deinde ponat thutiam lotam sicut dictum est in una petia

tutia

et lavet fricando cum aqua rosata quousque tota egrediatur de petia. post hoc ponat sub sole, et cooperiat cum panno mundo ne cadat in ea pulvis vel aliud, et dimittat donec siccetur. deinde infundat eam cum aqua rosata secundo et 3o, ultimo terat eam subtilissime. et terat cum ea aliquantulum camphore, et utatur ea in egritudinibus obtalmie calide. Et ille qui vult iuvamentum eius in rubore palpebrarum: et in grossitudine earum, quod dicitur arabice sulach, et in scabie oportet quod conficiatur cum aqua mirabilanorum citrinorum loco aque rosate. Et qui vult ea uti in egritudinibus oculorum frigidis conficiatur cum vino vetere bono odorifero terque, et imbibat eam in aqua maiorane recentis semel aut bis, et terat cum aliquantulo spice nardi, et aromatizet eam cum modico musci, et utatur ea in lacrimis oculorum et humiditatibus descendentibus ad oculos, et in venis rubeis que sunt super texte in coniunctiva: que nominatur sebel. et in fluxu palpebrarum. Et sunt qui conficiunt eam cum aqua feniculi ad aquam descendentem ad oculum: aut cum aqua sumach. et ille qui vult quod sit virtutis

abstergentis et rodentis, ergo quod confriciat eam cum aqua aceti et salis. **Modus assationis eius.**

Assatio vero est, quod accipias eam: et teras bene cum aqua, et fac trociscos: et pone super testam novam. et ponas super prunas: et volve trociscos cum assiduatione donec siccetur. et fiant rubei, et tunc repone necessitati. **Combustio eius.**

Sed modus combustionis eius est, quod accipias de thutia lota sicut dixi supra; et confice eam cum melle bono: ita ut fiat ad modum paste, et pone in olla terrea, que habet orificium strictum. et cooperi cum coopertorio convenienti orificio eius, et oppila liniendo cum argilla et fac foramen in medio coopertorii. et pone in fornace calcis et dimitte donec uratur; et quando erit adhusta. Cuius signum est quod non egreditur a foramine fumus: aufer ab igne et extingue eam calidam in vino. et sicca et repone

**Modus combustionis marchasite: et ablutionis eius: et electionis eius. que est bona et que non.**

Marchasite due sunt species: aurea videlicet et argentea, et illa que gravior est ex ea est melior. Et modus adustionis eius est quod accipias eam et rores eam melle. et pone super prunas non multas et suffles cum assiduatione donec rubeat. deinde aufer ab igne. ¶ Sed ablutio eius est quod accipias de ea que aurea est. et tere, et cribra, et pone iterum in mortario: et projice super eam de aqua pluviali. et tere. et sicca. et iterum pone aquam aliam. et facias hoc septem diebus continuis. postea adde parum musci, et tere et utere ea in oculo: quia confert hebetati eius. et cicatricibus ulcerum et albedini eius. **Modus abluendi antimonium et adurendi ipsum.**

Ablutio eius est, sicut ablutio marchasite. et kachimie. Et adustio eius est, ut ponatur super prunas et suffletur cum folle donec inflametur, et auferatur postquam inflamatum est statim ab igne, quoniam si nimium dimitteretur in igne converteretur in virtutem plumbi.

**De modo faciendi zimar ex ere, et abluendi ipsum. et colligendi ex eo quod bonum est.**

Operatio faciendi zimar, sicut quod fit in partibus nostris, scilicet in hispania fit in hunc modum. Accipe vas fictile magnum: cuius orificium sit latius fundo eius, et pone ipsum in domo plena stercoribus ovium, et sepeli ipsum in modum quem dixi in faciendo cerusam: nisi quod lamine

in quibus fit zimar debet esse ex ere rubeo. et latitudo cuiuscumque lamine sit secundum mensuram dimidii palmi. et longitudo sit secundum duas partes palmi unius. et spissitudo sit sicut grossitudo dimidii digiti. Et non est curandum utrum uva que apponitur in vase sit nigra, aut alba, aut si ponas acetum forte solum sine uvis. cooperi ergo vas post constructionem laminarum. et stringe os eius et oppila, et reverte ad vas transactis decem diebus. et aufer laminas. et rade zimar de laminis paulatim. et reponas iterum eas in vase. et dimitte diebus totidem, et iterum abrade. et fac istud donec consumentur lamine. et postquam consumpte fuerint pone alias laminas: et fac ut fecisti prius donec habeas zimar quantum vis.

Modus alius

Inquit diascorides. fit zimar in hunc modum, pone acetum forte in aliquo vase fictili: et cooperi vas cum coopertorio facto ex ere curvo vel plano si non inveneris curvum sine aliqua foramine, ne vapor aceti exalet extra. et ita inquiras omni decimo die et rade a coopertorio zimar. et collige, et serva vel accipe laminas ereas et suspende eas in vase ubi sit acetum forte. et sit suspensio earum ita ut non tangat acetum. et in quolibet .x. die requiras et rade quod inventum est in laminis ex zimar. Et dixit etiam quod fit secundum hunc modum: et est ut accipias frustum eris fusi: vel plura frusta. et sepeli ea in vinacio uve quando acescat. et semper quando aliquid oritur ex zimar super frusta collige, et serva. Et dixit etiam quod fit ex limatura eris. et ex laminis plumbi extensis subtilibus proiiciendo desuper limaturam et laminas acetum forte ter vel quater in die, et move qualibet die semel et fac ita donec vertatur in colorem viridem. Et quidam artifices faciunt zimar secundum modum diversum ab istis, et est quod terunt urinam infantium in mortario ex ere rubeo idest de cupro cum pistello de eodem, et agitant diu quousque color eius vertatur in viridem colorem: et cum isto clarificant aurum. Et dixit diascorides modum alium in zimar quem appellavit vermicularem, vel vermiculosum. Et fit ut accipias mortarium et pistellum de cupro: et proiicie in eo de aceto forti albo. et tere agitando cum pistello donec acetum ingrossetur, deinde adde acetum iterum et de alumine rotundo, et sal gemma clara lucida et de sale multum albo et de salnitro de quolibet ana .ʒ. ii. et tere agitando diutius in sole estivo quousque vertatur in colorem zimar, et ingrossetur. deinde coque ipsum. et ista species zimar

est pulchri coloris et fortis operationis. Alii faciunt in hunc eundem modum addentes tantum uni parti aceti duas urine uetuste. et de medicinis predictis easdem porciones. Et sunt qui adulterant zimar cum ere adusto et gummi arabico miscentes. et faciunt in modum supra dicti uermiculosi.

Modus alius faciendi zimar.

Accipe partem salis. et partem farine ordei. et tere utramque cum aceto. et linias cum eo ollam terream apte interiori. et dimitte diebus quousque inuenietur zimar. sic zimar nouum. et rade. et repone.

Modus comburendi zimar.

Accipe zimar et pone in patella terrea super ignem. et misce quousque uideas colorem eius mutari. ita quod uertatur ad colorem thucie. et postea aufer ab igne. et sine tepescere. et collige et fac. et utere. et habeas de zimar quod generatur in mineris in insula cipri: quod apparet super aliquos lapides in quibus est es. et quod stillat a spelunca: et id quod ex eo apparet super lapides est parum sed id quod inuenitur in mineris est maioris quantitatis et pulcri coloris. sed non est bonum propter nimiam quantitatem que admiscetur ei ex lapidibus. Et sunt qui adulterant cum multis rebus. sicut cum pumice et marmore pistatis: et sunt qui miscent cum calcanto: et qui uult cognoscere illud quod est adulteratum cum pumice uel cum marmore: madefaciat manum suam in aquam: et ponat super eum: quia statim dissoluetur. Et sunt qui masticant ex eo cum dentibus. et sic percipiunt lapides. et discernitur id quod est adulteratum cum vitriolo ponendo ipsum in lamina ferrea super ignem. et si continet aliquid uitrioli quod erit combustum fiet rubeum: sed id quod non est adulteratum remanet in suo colore et sua figura. Et melior species eius in nostris partibus est. quod est magis viride fortioris odoris adurentis gustum. et fortioris operationis.

Modus comburendi et albificandi auripigmentum. al' arsenicum.
et sublimandi ipsum. et comburendi et uertendi citrinum in rubeum.

Pone auripigmentum in vase fictili super al' arsenicum.
carbones accensos. et agita ipsum satis sine intermissione: et quando erit valde calidum: et color mutatur auferas ab igne. et dimitte infrigidari. et tere. et repone. et uirtus eius est. quoniam ipsum putrefacit et purgat punctione magna. et aufert carnem superfluam

in ulceribus: et abradit pilos.

## Sublimatio arsenici

Sume de arsenico citrino id quod ex eo est humidius et laminosius. videlicet quod assimilatur laminis auri: et tere cum tantumdem salis quod comeditur, et pone inter duas patellas terreas uitreatas. et luta eas cum terra uitriorum et pone super ignem. et dimitte ipsum donec dissolvatur et ascendat fumus eius. et adhereat ad tectum superioris patelle, deinde aufer ab igne. et sine tepescere, et tunc aperi uas. et rade quod inveneris adherens tecto superioris patelle. et misce ipsum cum eo quod remansit in patella inferiori. et tere insimul. et pone iterum inter patellas, ut primo fecisti. et pone super ignem ad sublimandum iterum et facias hoc tercio et quarto et totiens quod id quod ascendit fiat album sicut cerusa, quod quidem collige et sua necessitati.

## Modus vertendi arsenicum citrinum in rubeum

Verumptamen qui vult facere ipsum de citrino rubeum oportet quod frangatur cum in frusta mediocria et ponatur in olla segregatim, et opilet os olle, et ponat in furno panis. et dimittat spatio quinque horarum deinde frangat et auferat: quia tunc inveniet arsenicum rubeum pulcri coloris.

## Modus albificandi argentum vivum per sublimationem.

Accipe de argento vivo bono et purificato a plumbo et omni alia sorde. et tere ipsum cum pondere eius de calcanto bono. et proiice super eum acetum, et assidua pistatione: quousque argentum vivum totum congeletur: et nichil de eo appareat in calcanto: tunc ergo exsicca ipsum modicum ab humiditate aceti et pone inter duas patellas, et luta cum argilla. et pone super ignem, et fac ignem sub eo tanto spatio temporis quanto faceres si velles coquere carnes, deinde aufer ab igne: et dimitte infrigidari patellas, et accipias et aperi eas, et tunc invenies partem argenti vivi adherentem tegmini patelle superioris, et partem eius mortuam: et partem eius vivam. tunc ergo collige totum et adhibe sal terens fortiter ut prius. et semper reitera cum aceto: et iterum pone inter patellas. et luta labia cum argilla: et pone super ignem ut prius fecisti, et hoc totum fac septies vel amplius vel minus, quousque fiat album: quod collige, et sua.

## Modus sublimandi medicinam acutam: que lingua arabica nominatur adhichbardic,

Summe arsenici citrini pulverizati calcis vive alkali zimar an. lb. s. argenti vivi lb. i. salis armoniaci quartam partem libre unius: terat omnia cum aqua primo donec moriatur argentum vivum. Deinde sicca et tere secundo, et pone in alutel ad sublimandum. et forma alutel est ut accipias ollam et patellam unam terream: et facias in patella foramen ad magnitudinem orificii olle: et construe orificium olle super foramen quod fecisti in patella. et luta eam simul cum argilla sapienter: deinde fac furnum parvum: et pone patellam super furnum, et luta bene ab omnibus partibus eius, deinde pone medicinam in olla et coperi ollam cum parasside vitreata. et luta orificium olle bene cum labiis parassidis undique post hoc accende ignem sub olla horis sex, quia medicina sublimabitur et ascendet supra patellam. et adherebit parassidi: cum ergo infrigidatum fuerit aperi vasa et abrade medicinam a parasside, et repone et utere. Illud autem quod remanserit in fundo olle. prima sibi et utere eo pro corrosivo. etiam qui vult medicamen fortius eo ergo quod radat id quod remansit in fundo olle cum eo quod sublimatum est: et terat totum simul, et ponat iterum in alutel. et accendat ignem de subtus donec sublimetur, est namque fortius satis. quod sublimabitur. et qui ponet eum ad sublimandum iterum et tertio erit melius

## Modus faciendi zenzifur, et est cinaprium,

Accipe argenti vivi et sulfuris citrini an. Et quidam ponunt minus de sulfure. misce et pone totum in vase vitreato de terra quod possit substinere ignem. et imple tertiam partem eius ex medicina et duas partes eius relinque vacuas. deinde cooperias vas cum parasside vitreata et luta sapienter cum creta et pilo confectis in sil. deinde edifica sibi furnum quadratum. et pone vas in medio furni quadrati, ita ut due partes vasis que sunt vacue supra medicinam sint superantes extra furnum. et sit fundus vasis distans a solo fornacis mensura duarum partium palmi, deinde accende ignem sub eo. xii. horis: deinde permitte furnum frigescere, pg.a

frange vas et invenies zen-
zifur.

Modus faciendi calcem et abluendi eam que est necessaria combustioni confectionem medicine que fit ex ea ad depilandum pilos.

Fit calx in partibus nostris plurimum ex lapidibus notis in mineris eorum. Et sunt ex hominibus qui faciunt eam ex petra marmoris albi, et fit ex corticibus ovorum, et ex testis ostreorum viventium in mari. Verum melior calx ad faciendum medicinam est illa que fit ex corticibus ovorum. et post illam melior est illa que fit ex marmore: Sed modus faciendi calcem ex corticibus ovorum est ut accipiatur de corticibus ovorum quantitas: et in olla nova ponantur cortices ovorum et cooperiatur olla, deinde in fornace figuli ponatur semper quamdiu vasa sunt in fornace, postea detege ollam si appareat sicut calx bene. si non autem remitte in fornacem et tamdiu sic fac quod fiant albi, sicut calx albissima: et si furnus figuli non est tibi bene patulus accende sub eis ignem et sufflo cum folle donec fiant sicut dixi. Et per hunc modum oportet quod fiat ex marmore et lapidibus aliis, quoniam intentio nostra non est nisi ut reddatur

et adiquatur donec fiat calx et fiat alba.

Modus abluendi calcem.

Accipe de calce viva id quod est de ea album et mundum. et tere et cribra calcem albam et mundam. et pone in parapside munda. et proijce super eam de aqua dulci quantitatem ita quod cooperiatur ab aqua. et dimitte per horam. postea misce. et cum residentiam fecerit ad fundum vasis: proijce aquam, et fac ita septem vicibus. vel decem: postea proijce aquam desuper et repone, et confert ad alcatin. i. ruborem et vesicas. et combustionibus ignis: dissoluta in aqua vel oleo rosato. aliter aleo pim. i. ruborem cum vesicis in facie.

Modus faciendi medicinam depilantem capillos una hora.

Accipe de calce lapidum vel marmoris vel ovorum, vel ostreorum partes duas. et de auripigmento citrino partem .i. pone in mortario facto ex plumbo. et proijce desuper aquam, vel aquam ordei. et tere donec fiat nigrum: et postea oportet quod calefiat cum igne: quem linit cum eo in balneo: quoniam ista medicina facit corpus lene, et subtiliat pilos nascituros.

Modus psilotri noti.

Accipe calcis partes .viii. auripigmenti citrini partem unam. tere. et cribra. et coque in

uase eneo cum tanta quan-
titate aque qua coperiatur.
et coque quousque pena ītro
missa in medicina depilet in
per se facile, Modus com-
burendi salem.

a ACcipe de sale et tere.
et pone in uase terreo.
et luta labia uasis cum
coptorio simul cū argilla. et
sepeli uas inter prunas. et
dimicte donec comburatur.
Et sunt qui ponūt salem ī
pasta. et sepeliūt sub prunis
donec pasta fuerit cōbusta.
Et sunt abluūt in aqua.
et dimictunt desiccari. et
postea ponūt in olla, et coope-
riūt et accendunt ignem sub
ea. et ponūt circum ollā pru-
nas. quia sal non cessat cre-
pitare donec sit combustus.
Et qū quieuerit a crepita-
tione: erit combustus: sed
ego terebam salem bene.
et ponebam in olla super
ignem: et ex sufflabam do-
nec erat combustus.
Forma combustionis cal-
canti: et specierum eius.
que sunt atramentum et
uitriolum.
CCipe calcantum. et pone
super testam nouam. et pone
testam super prunas et ure,
et sit quantitas adustionis.
si fuerit calcātū non mul-
te humiditatis: quando nō
apparebunt ampulle. et
erit desiccatū desiccatione
forti: et si fuit amplius
humiditatis. oportet q di-
mittatur sup prunas quo-
usque mutetur color eius. et

quando mutabitur color
eius infra se. et uertetur
ad similitudinem mogre idest
sinopidis: tunc oportet q
auferas ab igne et purges.
Et sunt qui ponūt super
prunas: et ex sufflant desup
donec declinat ad citrinita-
tem. aut ponūt sup testam.
et ponūt super prunas et
miscent donec mutatur
color eius.
Modus adurendi alumen.
et cognoscendi bonū ex eo.

s Species aluminis sūt
multe, et melior earū
est quod scinditur. et
est album et nouū stipticū
sine lapide. post id humidū
et clarum cuius partes sunt
equales humide sine lapide.
Sed modus combustionis eius
est sicut combustio calcanti
Nisi q nō fit rubeū sicut illud,
Modus combustionis coralli,
t Teratur corallus, et pona-
tur in olla terrea. et po-
natur in furno p noc-
tem. si bene comburitur bū
est si nō aūt iterū ponatur
donec comburatur, Et sūt
qui ponūt in crucibulo et
ex sufflant et comburitur
sicut uis.
Combustio spume maris.
p Pone eam in olla terrea
et coperi: et luta cū
argilla. et pone ī fur-
no quousque aduratur. deīde
accipe et repone, Et quidā
ponūt super prunas et cō-
burunt ex sufflando: sed
ablutio eius ē sic ablutio climie,

## Combustio nitri.

Teratur et ponatur in crucibulo super prunas salnitrum. et exsuffletur donec aduratur quemadmodum dictum est de sale. Et si non aduritur bene, iterum ponatur et suffletur donec aduratur quantum oportet.

## Combustio Salnitri.

Salnitrum comburitur sicut sal. scilicet ut ponatur in testa super prunas et exsuffletur donec aduratur.

## Combustio boli armeni et ingibar. et terre hispanie et almogre. et aliorum lapidum.

Frange quodcumque eorum in frusta quantitatis fabe: et super testam vel laminam ferream pone, et misce tibi sicut est tibi voluntas adurendi vel assandi.

## Modus faciendi crocum ferri.

Accipe de limatura ferri quantum vis, et pone in lamina ferrea. postea suffla cum folle donec calefiat lamina et limatura, et pone in mortario ferreo ita calidam. et tere bene. et iterum pone in lamina. et exsuffla secundo donec calefiat ad ignem, ut prius fecisti. et tere. et fac in decies vel amplius, quia quanto plus feceris tanto melius. quando ergo conversum fuerit in colorem croci: si adheserit alicui rei color eius non separabitur. Et iuvamentum eius est quod qui depilaverit pilum superfluum vel male granatum in palpebra. et posuerit super locum a quo evulsus est, et ponet de limatura ista sic preparata sepe prohibet ortum eius. Et sunt qui ponunt eam in unguentis quando volunt exsiccationem eorum fortem. Et sunt qui utuntur ea sola, et qui proiiciunt ipsam super ulcus humidum, cuius sanatio est difficilis, et exsiccat eum potenter.

## Modus purificandi limaturam ferri.

Eligat limaturam ferri puram cum aqua. et non sit mixtio alicuius alterius metalli: nam si ibi esset mixtio alicuius sicut eris vel plumbi aut nitri: et daretur in potu alicui occideret. ponatur ergo de ea quantum vis in vase mundo. super quam proiiciatur parum aceti. et ponatur sub sextorio mundo. et iterum super sextorium ponatur corium aliquod et dimittatur triginta diebus. vel ad minus septem diebus. et postmodum extrahe. et invenies colorem eius sicut zinar. desicca. tere. et utere. Et sunt qui abluunt eam cum aqua dulci: aut cum aceto. et colant per pannum: et dimittunt sub sextorio quousque putrescat. et postea abluunt, et reponunt: et virtus eius est quod iuvat illos: quorum color faciei est croceus. et facit pinguare corpus.

## Modus assandi scoriam ferri.

Teratur scoria grossa

et ponatur in aceto vel rob. postea extrahatur ab eo. et exsiccetur. et assetur super prunas. Modus abluendi scoriam ferri.

Oportet quod abluatur antequam assetur: et postea etiam abluatur sicut diximus in climia et marchasita. Modus limature auri et argenti quibus utimur in medicinis cordis sic seliche.

a Accipe de auro bono et puro frustum. et habeas coram te parassidem cum aqua munda dulci: et habeas pannum de lino asperum mundum. Cuius unum caput teneas in manu tua: aliud stet mixtum fundo parassidis in aqua: tunc frica aurum in panno semper madefaciendo pannum cum aqua. et limatura descendet in fundo vasis subtilis. fac ergo tamdiu quod limetur de auro illo quantum volueris. Deinde dimitte per horam: et proijce aquam cum facilitate. et ablue ter. et sicca. et serva. Eodem modo fac de argento. Et sunt qui limant lima subtili. et sic utuntur.

Tractatus secundus de preparatione medicinarum que sunt ex plantis.

Modus faciendi aloes.

a Aloes est succus cuiusdam herbe: que nascitur in socotra vel sicutum secundum quod audiuimus: et modus operationis eius est, quod teritur herba illa, et exprimitur succus eius. et coquitur succus donec congeletur. et postea in utribus ex corio. et reponitur donec exsiccetur. Et melior maneriérum eius est quod cito frangitur et habet odorem bonum: et color eius est sicut color epatis.

Modus ablutionis aloes. seu preparationis ad expellendam maliciam. et acuitatem eius. et confitendi ipsum.

a Accipe de aloe succotrino mundo quod cito frangitur. et habet colorem epatis. et color est bonus pondus lb. j. tere bene et cribra: deinde accipe cassie lignee spice nardi assari squinanti carpobalsami xilobalsami cinamomi ligni aloes croci masticis lacce ana ℥ iij. Contunde et coque in libris sex aque donec consumpta sit medietas aque. cola et exprime et repone in vase vitreo et irora aloes ex ista aqua donec imbibatur totum. et pone super vas marmoreum aut vitri. et tere in sole bene, et pone in parassside munda. et coperi panno grosso: et dimitte siccari ab illa aqua: et cum desiccatur fricatum redue iterum ad trituram secundo et imbibe iterum ex aqua ista, et dimitte siccari sicut prius. et iterato facies

hoc donec aqua penetret partes eius omnes. et sit tota aqua consumpta uel expleta terendo imbibendo et desiccando sicut dictum est, et cum ultimo desiccatum fuerit repone in uase uitreo mundo. et da ex eo solo sine admixtione alterius medicine pondus aurei .i. et utere eo in medicinis laxatiuis. et speciebus yere, et aliis medicinis in quibus aloes ingreditur.

**Modus alius ablutionis.**

Et qui uult eo uti in egritudinibus melancolicis in quibus eget euacuatione melie preparet sic. ℞ croci spice nardi. cinamomi. xilobalsami. carpobalsami. cassie lignee, assari ana ʒ. x. squinanti. sticados arabici ana ʒ. v. coque in libris. x. aque fontis super ignem lenem et paruum quousque remaneat tercia pars: et cola cum colatorio grosso. et exprime. deinde accipe de aloe citrino libras. ii. et tere et cribra. et imbibe ex aqua ista supra petram marmoris. et assidua tricturam eius, et infusionem et desiccationem secundum supradictam disciplinam: donec biberit aquam illam totam. ultimo tere, et pone in uase stricti orificii ne uirtutem amittat et oppila os uasis. et tua interest ut addas et minuas ex medicinis istis secundum opportunitatem egritudinis.

**Forma adurendi aloes.**

Oportet quod ponas aloes in olla munda super prunas donec aduratur.

**Modus acceptionis aque cucumerum dulcium,**

Purgat coleram que est in stomaco et in intestinis. et extinguit acumen eius. et lenit pectus. eius dosis est a tercia libra .i. usque ad duas tercias libre cum .ʒ. x. zuchari.

**Modus decoctionis yere pigre que est necessaria ut apponatur ad horam necessitatis.**

Recipe de sticados arabico. pulegii ana ʒ. v. epitimi .ʒ. xx. anisi feniculi seminis aneti ana ʒ. iiii. cinamomi .ʒ. x. agarici .ʒ. v. aduna hec et tunde et infunde in libris. x. aque calide et dimitte in estiuo tempore in uase stricti orificii et coopertum et dimitte. vii. diebus, deinde extrahe in uase et cola cum expressione. et iterum mitte in uase et pone ibi de yera quam scripsimus pondus .300. ʒ. et luta os uasis cum argila et pilo. et dimitte in sole .xviii. diebus. et post repone uas. et da ex eo in potu quantitatem libre .i. in egritudinibus melancolicis. et in egritudinibus capitis omni die postquam inspexeris uas. et misce cum ea ʒ. i. olei de kiarua recentis. et assidua hoc septem diebus continuis. quia est nobilissima et proficiens multum. et ego notaui operationem eius in libro medicinarum yerepigre.

## Forma extrahendi lac scamonee.

Radix huius lacticinij de quo extrahitur scamonea est grossa sicut cor messhude .i. uitis nigre. et color eius exterior est cinericius. et interius est alba grauis odoris plena humiditate. Et illi qui colligunt lac eius in fine mensis februarij: faciunt foueam circa radicem arboris. et incidunt ex uenis eius quantitatem duorum digitorum, z ponunt circa radicem eius iuxta locum incisionis duas ollas aut tres ollas secundum q de lacte eius egreditur et dimittunt usqz mane. postea congelatur et est scamonea. Et dixit dya. sunt qui fodiunt circa radicem circulariter z sternunt circa radicem eius in fouea folia nucis postq incise sunt uene eius: z sic recipiunt sup ipa folia humiditatem manantem ex radice. s. lac eius. z dimittunt siccari. et seruant/ Et melior scamonea e illa que est clara et leuis z spongiosa: et habet colorem sicut color glutinis corioru bouu. Verum apud nos est melior illa que est celestis coloris: que apportatur de antiochia. Et adulteratur scamonea cum sarcocolla et lacte titimalli. Et cognoscitur illa que est bona non adulterata que non pungit vel mordicat linguam forti mordicatione: qr tunc non habet admixtum lac titimalli. Et peior speciem eius est que affertur de canahan et de palestina. Et sunt iste due spes graues et grosse substantie adulterate cu lacte titimalli et farina siliginis .i. hersene.

## Modus coquendi scamoneam et preparandi ad repressionem eius malicie/

Dixit Melzigiar ex prudentia aliorum medicorum Ille qui uult preparare scamoneam oportet q accipiat de malis dulcibus z diuidat ea in duas partes et extendat illas medietates in fundo unius olle. Et sunt qui terunt mala et extendunt ea in fundo olle quantitate grossitudinis unius digiti: et ponunt scamoneam super frusta maloru. uel sup ipam carnem maloru tritoru. si magis uis illud quod faciunt: et facies facies solum unu ex scamonea z aliud malorum. et sic facies gradatim quousqz olla sit semiplena. deinde prepara iterum ollam aliam sm eandem formam cum malis et scamonea. z ita tres uel quatuor ollas z plures sm uoluntatem tuam: z pone ollam sup ollam z luta orifi ciu olle cum fundo alterius cum pasta z coopi superiorem ollam cum coptorio et opila bene cum pasta etiam. et pone in medio furni calidi et dimitte nocte una usqz mane/

et api furnum et ollas et extrahe scamoneam: Et si inveneris mala que sunt sub scamonea et circa sicca et combusta tunc utendum est ex ea, aliter vero non. Et sunt ex medicis qui miscent cum aniso vel sene apii aut dauco, aut conficiunt cum oleo amigdalarum dulcium: aut assant eam in malo mundato a granis, aut in citonio. et utuntur. Et talis preparatio prohibet a potante eam nauseam et torsiones ventris et stomaci dolores. et intestinorum.

## Forma extrahendi succum titimalli

Titimalli multe species sunt, et modus extrahendi lac ipsius est talis: incidatur summitas eius incisa et inclinetur super vas aliquod mundum. et exprimantur ramuli singulariter donec lac eius egrediatur totum: et fiat hoc ex pluribus ramulis et plantis donec habeas de lacte quantum volueris: et desicca eum in sole et utere eo in purgando melancoliam et flegma et ad vomitum provocandum. ¶ Et sunt qui conficiunt lac in farina siliginis et faciunt pillas ad magnitudinem ciceris et servant. ¶ Et sunt qui faciunt lac ipsum distillare super ficus super unamquamque ficum tres vel quatuor guttas et exsiccant et servant. ¶ Et qui vult provocare secessum comedat ex eis tres ficus et ducet multum. Verumtamen lac titimalli gutturi exasperat. et facit raucescere sumentem se. Et propter hoc qui vult eo uti oportet ut pillulas quas ante diximus involvat in melle dispumato et sic utatur.

## Modus extrahendi succum atapsia

Tapsia est planta que oritur in terra fes sigilmessa, que assimilatur plante balach in figura sua. et lactricinium eius extrahitur in hunc modum: fodias terram circa radicem eius, ita quod radix detegatur a terra: et sit fovea rotunda circa radicem. deinde scindatur cortex eius. et cooperiatur fovea usque mane in qua colligetur super radicem lactricinium clarum mundum quod colliges sicca et serva, et lactricinium istud vocatur tapsia. ¶ Sed qui vult extrahere succum radicis eius fodiat et extrahat radicem. et purget eam et terat. et exprimat eam cum torculo. et extrahat succum. et siccetur in sole in vase fictili grosso vitriato. et servet. Et sunt qui terunt folia cum radice simul et sic exprimunt succum: et iste succus est debilis virtutis: et dicta eorum est quod succus ex radice sola est pinguis spissus. et succus foliorum et radicis simul est humidus, et succus radicis quando habet admixtum succum foliorum desiccatur et facit exsiccare propter vim ulceratinam quam habet. et oportet quod ille qui extrahit lacrimum eius non extrahat eum in die in quo sit ventus, et caveat ab odore vaporis eius. et quod non tangat eum in aliquo membro nudo. nam ipsum

inflaret ventum et fieret ve
sicatum id quod ex membris
eius fuerit detectum propter
fumositatem eius: et liniat
cum hoc membra sua nuda ex
cerotto liquido, vel oleo ro.
Et virtus corticis radicis
tapsie, et succus eius et lacrimi
eius est laxativa. Et narra
vit michi quidam fidelis quod ex
sarracenis sunt qui quando
volunt cauterizare aliquam
partem corporis: aut incidere
aliquod superfluum a membro
aliquo ponunt super illud de
planta ista, nam ipsa urit sicut
ignis, et facit operationem cau
terii. **Modus extrahendi
succum cucumeris asinini.**

Accipe de cucumeribus
illis qui sunt bene ma
turi. et dimitte eos sic
collectos una nocte: deinde
accipe vas et pone super eum
cribrum ita quod acies eius sit
versus superiorem partem. et
opposita versus cribrum. et di
vide per medium cucumeres sin
gulariter super cribrum. et
exprime id quod est in eis de
humiditate super cribrum donec
descendat in vas suppositum.
et quod cadit de carnositate
eorum super cribrum exprime
donec descendat cum tota
substantia eius per cribrum in vas.
Deinde pone super id totum quod
collectum fuerit ex eis aquam
dulcem. et quidam ponunt a
quam marinam. et lavant et proici
unt aquam. Et sunt qui iterum
colant cum aqua prima que
egressa est a cucumeribus
statim quod remansit super cribrum.

et miscent bene et cooperiunt cum
panno. et expectant donec
grossities ad fundum vasis
descendat et separatur sub
tilitas et aqueitas que est ibi
a grosso. Et cum hoc feceris
aufer aquositatem eius. et
proice leniter extra. Et si
remanet iterum aliquid super
eum de subtili aquoso collige
ipsum cum spongia vel coto.
et pone grossum eius in vase
lapideo. et tere quaque die
continue donec inspissetur
et sit aptum ad trociscos for
mandos. et fac trociscos. et
sicca in umbra. et si miscue
ris cum eo aliquantulum
gummi arabici aut dragaganti
erunt trocisci magis adhe
rentes in partibus suis. et
substancia eorum erit sicut
nitrum. et servabitur per am
plius tempus. **Alius modus
secundum diascoridem.**

Dixit dya. Sunt aliqui
qui cinerem cribatum
super terram extendunt
et faciunt in medio eius fo
veam: et ponunt pannum dupli
catum super cinerem. et proiciunt
succum cum toto quod est cum eo
ex aqua super pannum. quoniam
cinis statim sugit quod est in eo
de aquositate cito. et quando
fuerit desiccata tenent gros
situdinem secundum disciplinam
quam narravi prius, et quod
ex eleterio habebit colorem
sicut succus porri. vel sicut
zimar: et habet in se tur
bulentiam. seu grossitiem.
et gravitatem est malum
et non est laudabile. et melius
ex eo est quod habet viriditatem

paucum declinatem ad albedinem parum et quod est simile colori ambre. et est cum hoc levis ponderis. et tactus levis. et est callidum. Et qui approp inquabit ipsum igni inflammabitur et comburetur cito. et est nimis vetustum decem annorum usque ad .xv. et virtus eius est fortior et melior qui voluerit eo uti in motu et laxatione ventris. Et dosis eius completa est quarta pars .3. .v. unius. et proprietas eius est attrahere humores flaticos et mixtos per vomitum et per ventrem et adulteratur cum admixtionis eius de succo cum cumeris domesticis aut cum amilo ut assiletur electio bono claro.

Modus extrahendi succum absinthii.

Accipe absinthium quando est in fine sue teneritatis et bonitatis. tere eum mane ante ortum solis quia tunc succus eius exibit melius et facilius. deinde stringe eum in torculo aut pone in panno grosso et forti et preme cum trabe lignea sicut premunt artifices affor .i. cartamum. et exponunt succum soli donec erit prope desiccationem. et fac ex eo trociscos et serva. Et sunt qui ponunt succum eius super ignem et coquunt donec coaguletur et ponunt cum eo parum gummi arabici ut partes eius sint melius adherentes. et faciunt trociscos et servant. Et quidam adulterant eum cum amurca olei. et propter hoc non recipiatur nisi a fideli viro. et mundus clarificatus purus ex eo est fortis odoris et fortis amaritudinis. et virtus eius succi fortior est virtute absinthii. Et secundum hanc disciplinam extrahitur succus ex sceerag .i. fumo terre. nisi quia aquositas eius est amplior aquositate absinthii quia oportet quod sequenter ad exsiccandum ipsum amplius in sole. vel in decoctione super ignem.

Modus exprimendi succum ex gafid .i. eupatorio.

De mense maii herba mollis recens que nascitur in ortis vel viridariis colligatur in mane. et quoniam aquositas eius est pauca semper: quanto magis eius que nascitur in montibus. Accipe ergo ex ramis suis tenerillis et cave a vento vel a sole. et tere ipsam ante ortum solis. et exprime succum eius et coque cum gummi arabico parvo quousque coaguletur: et si poteris ex eo facere trociscos bene. sin autem serva sicut est. Et sunt qui adulterant ipsum cum aliis succis. quare oportet quod non accipiatur nisi a fideli viro. Et sunt qui exponunt succum soli et dimittunt donec siccatur ut possint facere trociscos et faciunt ex eo.

Modus extrahendi succum ex tribulis marinis.

Succus hasac .i. tribuli marini exprimitur sicut ex gafid.

Forma colligendi euforbium et eligendi ex eo quod bonum est.

Euforbium nascitur in terra que dicitur segelmesa et fex

quod sic colligitur. Accipiuntur
uentres pecudum et lauantur
bene et ligantur ad truncus arbo
ris: deinde accipiunt homines
lanceas. et stantes a longe
figunt acumen ferri in truncos
arboris: quoniam inde effun
ditur gummi copiosum in uen
trem, ac si effunderetur ex
naso alicuius. Et aliquid emanat
ex eo super faciem terre propter
fortitudinem sui caloris. Et
elegantius ex eo est id quod est
clarum breuis fortitudinis. et est
grauis saporis ualde propter ni
miam acuitatem eius.

## Modus faciendi opium.

Opium est lac papaueris
nigri. Et dicit dya. quod
modus extractionis eius
est secundum hanc formam. scilicet quod ue
nias ad papauera, que sunt
complete maturitatis: postquam
desiccata sunt a rore qui ceci
dit super eam in mane. et scin
datur cutis eorum parum cum
facilitate non profunde, ne
transfigatur cutis eorum
sed superficies tantum incidatur
quoniam lac ingredi[r]etur
intra concauitatem papa
ueris: et non posset postea col
ligi. deinde rade papauer
circumquaque ex omni parte
eius. et incipe abrasionem
tuam a summitate capitis
papaueris et extrahe usque
ad finem scissure quam feci
sti directe. et caueat rasor
ne radat de cute eius cum
lacte, et collige lac cum digi
to, et pone in uasculo uitreo.
deinde expecta per tempus
aliquod: et reuertere iterum

ad papauera prima, quoniam
inuenies per scissuras quas
abrasisti iterum lac egressum.
quod colliges ut dixi. et hoc
facies quousque aliquid de lac
te egreditur. et si uides ali
quid egredi secunda die et ter
tia collige etiam: deinde ad
hibe sibi totum quod collegisti.
et tere in loco umido donec co
aguletur: ut possis ex eo fa
cere trociscos. et fac et serua.

## Forma extrahendi succum ex papaueribus ex quo fit opium.

Accipe capita papauerum
et folia eorum. et tere
bene, et extrahe succum
eorum cum strictorio, aut aliter
et tere succum illum assidue
in sole donec coaguletur to
taliter, quod possint inde fieri
trocisci: et fac et serua: et uirtus
huius debilior est uirtute opii.
Et melior specierum opii est
graue et pingue. et quando
frangitur est in loco fracture
lene et clarum declinans ad rube
dinem: et quando funditur super
eum liquor cito dissoluitur: et
qui applicauerit ipsum candele
incenderetur. et emictet flam
mam non obscuram. et odor
eius quando extinctum fuerit
remanebit secundum dispositionem
suam primam non immutatus. Et
adulteratur cum succo lactuce
erratice: et succus huius lac
tuce habet uirtutem similem
uirtuti papaueris nigri: sed
est debilior satis: uerum in colo
re et odore multum assimilatur
sibi: Et sunt alii qui adulte
rant cum succo memite et cum
dragaganto: Sed id quod est

adulteratum cum succo memi
the quando dissolvitur in aq.
est odor eius sicut odor vel
color croci. Et id quod adul
teratum est cum gummi ara
bico est clarum et parve virtu
tis. **Modus colligendi lac
celidonie, et extrahendi
succum eius:—**

Accipe huius herbe que
est crocei coloris valde
et amari saporis in
completa maturitate, scindatur
summitates ramorum eius. s.
quando incipiunt apparere semina
eius, et inclinentur rami super
vas mundum ex vitro, vel
ex alio, ita quod lacrimum eius
cadat in vase: quod exponatur
soli donec exsiccetur,
et fac trociscos, et serva. Si quis
voluerit succum eius exprimere
colligat herbam et terat
et exprimat succum eius, et
desiccet: aut decoquat primo,
donec inspissetur: et postea
ponatur in sole donec desiccetur.
Dixit dya. Tere hanc
herbam: et exprime succum eius,
et misce cum melle mundo.
et coque in vase ex ere puro.
et in mundo vase reserva, quod
est magne virtutis in clarificando
visum quando posuerit
is ex isto medicamine in
oculum. Et dixit principium
ortus celidonie, est quando
yrundines incipiunt apparere,
et quando desinunt apparere
herba desiccatur. et non apparet,
et propter hoc appellatur
herba yrundinum. **Forma extrahendi
succum corticum
radicum celidonie madragore.**

Accipe cortices radicum
mandragore. dum sunt
tenere et recentes. et
contunde fortiter: et exprime
sub aliqua re gravi, et collige
succum et tere donec ingrossetur
et serva vitro. Et
sunt qui coquunt radices in
vino usque ad consumptionem
tertie partis. et colant, et
servant. Et sunt qui colligunt
lacrimam eius facientes foramina
in radice, et colligunt
quod emanat ex ea de humiditate:
verum succus est fortior
lacrimo: et lacrimum non
reperitur ubique.

**Forma extrahendi succum ex sucharam .i. Jusquiamo.**

Accipe fructum eius
cum foliis, et extrahe
succum. et pone in
sole. et utere eo suo anno.
et non amplius quia cito
corrumpitur. Et sunt qui terunt
semen eius siccum et proiciant
super ipsum aquam. et exprimunt
succum eius. et iste est melior
succo foliorum eius in sedando
dolores. Et sunt qui terunt
plantam eius et miscent cum
farina frumenti, et faciunt
troniscos, et servant.

**Modus exprimendi succum ex memithe.**

Inquit dyascorides, memithe
multam habet
aquositatem: et color
aque ipsius est similis colori
croci, oportet ergo quod teratur
cum ramis suis dum
est recens et tenera: et quod
expressum fuerit ponatur in

sole in vase coperto et dimic-
tatur donec ingrossetur et
fiat sicut lutum; deinde fiat
ex eo sief quibus utere in
alcohol, et in unguentis super
apostemata, et in egritudi-
nibus podagre calide, et aliis.
¶ Sed ego accepi memithe
et trivi et extraxi succum
eius sicut dixi. Et non exi-
vit succus eius glauci coloris
quemadmodum dixi, et feci
trociscos eorum, et declina-
vit color eorum nigreditati do-
nec declinaverunt nigredi-
ni: et quesivi a mercatoribus
qui veniunt ab oriente, et
dixerunt michi quod accipiunt
succum eius, et terunt cum ami-
lo, et faciunt sief, et feci si-
cut dixerunt, et declinavit
color eorum glauceditati, sed non
totaliter sicut illi qui appor-
tantur de oriente. Et dixerunt
michi alii quod confitiunt substantiam
eius cum aqua fluminis et
faciunt sief, et hii sunt illi qui
deferuntur ad nos de oriente.
Et cum hec tota ignoro ve-
ritatem eorum.

Modus extrahendi succum prunorum silvestrium ex quo fit acacia.

Achacia fit in Misraim,
et est succus prunorum
silvestrium, et modus
extractionis eius est quod colli-
gas plantam hanc cum fructu
eius: et pone super eam aquam
paucam in vase, et dimicte
sic diebus aliquibus, deinde
coque super ignem illam colaturam
quousque coaguletur: deinde

proiice in vasis silibus coctilis, et
dimitte siccari. Et succus huius fruc-
tus qui dicitur acacia, quando fit ex fructu
maturo perfecta maturatione: ita quod
iam acquisivit dulcedinem, tunc color
eius nigrior et clarior, et non erit
stipticus intestinis propter suam dul-
cedinem: sed quando fiet ex fructu
non complete maturo erit co-
lor eius declinior rubedini ma-
gis, et stipticitas eius erit ma-
ior, et elegantior omnibus aliis
est acacia: que est talis sicut
dixi nunc: et talis magis est
odorifera aliis.

Modus ablutionis eius.

Tere eam cum aqua
dulci sepe, et proiice
aquam que supernata-
verit, et fac hoc donec videas
aquam claram, fac ex ea troci-
scos et sicca. Et sunt qui la-
vant eam cum aqua rosata quando
volunt frigiditatem eius am-
pliorem et sedationem doloris
magis. Modus vero assumpti-
onis eius est, quod ponatur super
primas, et assetur quantum est necesse.

Modus faciendi licium.

Sunt qui faciunt licium
ex radice arboris que
dicitur curcum: et species
huius licii nominatur cohaculem.
Et est quoddam quod affertur
ex alieme: Et sunt qui faciunt
licium in hunc modum, et est quod terunt
folia ex arbore sicut sunt, et
exprimunt succum, aut mollificant
ea, aut infundunt eam ali-
quibus diebus in aqua, et coquunt
et exprimunt: et iterum ponunt

ponunt sup igne aquã illam et decoquunt donec ingrossatur sicut mel, Et sunt qui adulterant eum cum amurca olei. et miscent cum eo ipsu quo ipsum coquunt, aut cum succo absinthij aut cum felle bouino, Et melius littium qd facit spumam: et habet colorem similem sanguinis: qui cum ipsum inflamatur igne. et extinguitur in aqua: et color eius exterior est niger, et interius declinat ad nigredinem: et etiam non habet in se pinguedinem: et habet stipticitatem cum amaritudine, et color eius est sicut color croci. et sicut color licij indici, quod fit in hunc modum quem dixi. Et sunt qui faciunt ex amurca olei veterem qui non habet terram nec arenã et decoquunt in vase eris donec ingrossetur, et ponunt sup dentes dolentes: nam facit dolorem cessare. et qui decoxerit ipsum cum agresta quousque fiat sicut mel: et ponit ex eo sup dentes corrosos eradicat eos. uel preparat ad faciliorem eradicationem. Modus exhendi succum ypoquistidos,

ACcipe rosam caninã in fine mensis maij. et tere. et exprime succũ eius. et coque donec ingrossetur, et dimitte siccari. et sunt qui apponunt modicum gummi arabici ut partes eius melius adhereant.

Modus extrahendi succũ ex balaustia,

Dixit dyascorides extrahunt quidam ex balaustia siluestri succum sicut ex rosa canina. et est stipticus Et virtus eius est sicut virtus ypoquistidos.

Forma exhendi succum galbanj.

ACcipe bauciam siluestrem fetentem cũ suis summitatibus, et incide eam in frusta longitudinis quatuor digitorum, et hoc facies quando erit glauci coloris in fine mensis Julij. et pone in vase eneo. et projice sup ipsam herbam aquã quo cohopiatur et plus, et bulli magno igne quousque dissoluantur rami et stipites eius, deinde aufer ab igne, et cola cum colatorio ex pilo: idest ex setis et projice ligna: deinde projice sup aquam illam colatam tantum quantum est medietas eius de terbentina. et est helzelebar, et coque cum paruo igne donec cõsumatur aqua et remaneat gũmi. et non oportet quod coperias illud quando coquis. et post hoc repone ipsum in marsupijs vel utribus, et serua et utere. Et si fieret plus quam oportet quando decoquitur pone in eo parum olei de treria, aut parum sepi anatis. et signum in hoc est quod accipias ex eo parum dum decoquitur et pone

super marmore. et si nimis est durum pone de oleo. et si est satis molle nil addas. ¶ Et sunt qui adulterant ipsam cum rasina pini. et farina fabarum. ¶ Et melior specierum eius est que habent odorem sue herbe.

## Modus faciendi succum liquiritie.

a ACcipe radicem liquiritie quando est magis humida et plena succo. scilicet in mense Julij et contunde ipsam: et proiice super ipsam de aqua donec cooperiatur uel plus et pone in uase super ignem, et coque cum pauco igne donec mel eius. scilicet pinguedo eius egrediatur de ipsa. et cola, et proiice ligna, et pone iterum aquam super ignem, et coque quousque coaguletur. Deinde expone soli donec desiccetur, et utere.

## Modus extrahendi succum vue acerbe.

s Sunt qui exprimunt succum ex vuis acerbis in fine acredinis, et alij faciunt ex participantibus aliquantulum dulcoris et maturitatis. sed prior est frigidior et stipticior. et 2us est minus stipticus et minus frigidus. et modus eius est quod accipias ex uuis immaturis, et pista, et exprime. et pone in uase ex ere rubeo super ignem. et coque donec propinquet coagulationi. Deinde pone in vase extenso et expone soli donec exsiccetur et serua. ¶ Et quidam ponunt ad siccandum in sole absque decoctione aliqua si adest sol calidus. ¶ Et sunt qui miscent cum eo parum succi azaluri. verum simplex est melior: et melior ex eo est croceus coloris qui declinat ad alios colores facile frangibilis. et fortis stipticitatis et pungens linguam. Et sunt qui coquunt ipsum cum melle. aut cum vino. et utuntur eo in tumoribus neruorum et ceruicis et gutturis: et tumore faucium palati ad alcola.

## Modus extrahendi succum centauree.

h ACcipe de centaurea dum est recens et tenera, et tere eam bene antequam sol oriatur: et si succus eius egreditur bene. si non autem oportet quod ponas eam tritam in uase: et proiice super ipsam aquam qua cohoperiatur. Deinde coque eam. et exprime succum eius, sicut exprimunt tinctores affor et est crocus ortolanus, uel sicut gentianam, et pone succum super ignem. et coque donec ingrossetur. et serua: et qui uult quod partes eius adhereant magis ponat in eo parum gummi. uerum simplex est melior. serua ipsum et utere.

## Modus faciendi succum ex berberis:—

a ACcipe de berberis bene maturis. et contere eos, et misce cum

aqua. et frica manibus. et cola, et pone aquam colatam super ignem: et bulli donec coagulletur. et sicca et serva.

Modus exprimendi succum solatri:—

Accipe plantam solani cum foliis et granis. et tere, et exprime succum. et coque super ignem, vel exsicca expositum soli quousque coaguletur. et siccetur et serva.

Modus extrahendi succum hausig.

Oportet quod colligantur folia eius donec sint humida: et terantur ante ortum solis sicut iam dixi. et exprimatur succus eorum. et coquatur super ignem, vel desiccetur in sole, et sic fiet, et iste est modus extrahendi succum plantaginis. et lactuce, et semper vive. et portulace et rostri porcini. et scariole. et feniculi, et apii et cussus idest volubilis et lapatii: et ceterarum huiusmodi herbarum ex quibus possunt succi extrahi.

Modus preparandi squillam in omnibus modis preparationis eius et est cepa muris: et primo de modo assandi squillam.

Oportet quod eligantur squille que declinant ad albedinem in suo colore, et sunt mediocres inter magnas et parvas. et que oriuntur in terra grossa et sicca, et que sunt dure pauce humiditatis: et que evasereunt a corruptione: Et cave a cepe quod est unum solum. scilicet quod est natum in terra ubi non sunt alie squille. Nam non debes accipere nisi squillas que habent circa se squillas. scilicet cepas multas, quia illa que nascitur sola est scelerata mortalis. Accipe ergo de hiis quas diximus. et excoria eas ex corticibus suis exterioribus siccis. et abscinde ex inferiori parte foliorum eius id quod est desiccatum. et abscinde radicem eius. et purga eam bene totam et involve eam in pasta facta ex farina ordei: vel alterius. aut in massa facta ex argilla rubea dulci aut nigra. et sit involutio eius quo involvis eam grossitudinis unius digiti. et pone eam sic involutam in furno, aut in athanor ubi sunt prune incense: et ibi dimitte tota una nocte vel plus donec sit assata pasta et compleatur decoctio eius. et color eius fiat rubeus, deinde aufer ab igne, et sine infrigidari. et aufer pastam qua involvisti eam. et considera si videtur tibi bene assata. scilicet ut sit mollis tractabilis. si ergo complevit ignis opus suum in ea bene est si non coque iterum involuta pasta, vel in argilla quousque sit equaliter per totum assata, Nam nisi bene assetur, remanet in ea acuitas mala: que nocet stomaco et ventri valde, et facit vomitum et nauseam.

Forma desiccandi squillam.

Accipe cepe crudum, et

aufer corticem exteriorem eius et scinde in duas partes per longitudinem cum cultello facto ex ligno pini. deinde separa tunicas ab invicem: et configas eas in filo lineo. et imple filum ex frustis eius distan ita quod frusta non tangant se adinvicem: et suspende in umbra in loco ventoso. et dimitte donec desiccetur aliquo absque sole. Formam castrandi squillam

Accipe squillas antequam incipiant germinare folia eius et stipes: et cauteriza eam cum vetu ex ferro candenti. et ure bene in loco illo ubi stipes et folia oriuntur vel oriri debebant. fac ergo id antequam germinet stipes. nam quando ortus est stipes eius non est amplius ingenium in castrando eam, nisi quod incidat totum id quod ortum est, et cauterizatur, et urat bene locus ubi oriebatur, ita quod amplius non germinet ibi aliquid

Modus conficiendi acetum squilliticum.

Accipe cor squille cum tunicis suis mollioribus que sunt prope cor eius. et incide in duobus vel tribus frustis cum cultello ligneo et non ferreo. et imple fila de ligno facta ex ipsis frustis, deinde accipe passidem terream et line interius eam totam pice. et erige lignum in medio scilicet passidis eius ad modum columne. et liga plurima fila summitati columpne, seu ligni huius. et extende fila ipsa eque distantes trahendo ipsa per labia passidis. deinde per latera eius donec ipsa circueuntur omnia pedi passidis. et fiat sicut tentorium super parassidem. et tu iam precepisti, quod lignum debet esse tante longitudinis quod superveniat labio passidis, deinde pone in passide de aceto bono forti quantitatem qua due parassidis partes impleantur post modum ordine circulariter filum in quo fixisti frusta cepe supra fila illa que stant sicut tentorium: tali modo frusta sint suspensa super faciem aceti ita quod non tangant acetum: et cooperi passidem cum coopertorio habente culmen, sicut vides esse necessarium ad opus tuum, vel cum parasside alia cooperi inferiori in latitudine. et sit coopertorium linitum pice etiam interius: deinde opila bene lutando orificia vasorum cum argilla. et pone in sole quatuor diebus in mense iunii vel augusti. Cum ergo complebuntur dies oportet ut coles acetum in vase vitreo. et reponatur necessitati, Et dixit hebeguizar. cuius expositio est filius macellarii. quod quidam ex philosophis gentilium. scilicet in circuitis omnium ponunt pro qualibet libra cepe libras sex aceti. et ussezunt suspendi frusta longe ab aceto digitis quatuor cum pondere .ii. et ex iunibus recentibus et tantundem ex pulegio regali.

ynari

Auenzoar

et suspendit eum frustis cepe
sicut ipsa suspensa sunt. et post
xl. dies colant acetum in vase
mundo suffumigando prius ex
ligno aloes. Et sunt ex medicis
qui dicunt quod in libras tres aceti
ponatur libra .i. squille: sed mo-
dus prior est apud me melior: et
oportet quod postquam steterit in sole in me-
se iulii: aut augusti sicut dixi .vii.
diebus quod auferatur argilla qua
lutate sunt parassides. et apertis
parassidibus proiciantur cepe
in acetum: et pro quibuslibet
libris tribus aceti, accipe apii.
balsamite. sisimbrium et pulegii
recentis de quolibet ana ℥ .i.
herbe anisi, feniculi, amborum
recentium ana ℥ .i. ex hiis omnibus
fac fasciculos. et suspende super
faciem aceti sicut suspendisti
squillas: et expone soli duabus
septimanis in estivo tempore. de-
inde aufer ista et proiice. et accipe
spice nardi cinnamomi anisi a-
migdalarum amararum ana ℥ .i. ga-
riofilorum ℥ .s. et repone in
passide cum cepis. et luta et dimitte
septem diebus, et post aufer ar-
gillam, et aperi vasa et cola acetum
in vase vitreo, nam tali modo
preparato utebantur reges gen-
tilium. Operatio eiusdem dya-
scoridem.

2 Sed dyascorides faciebat
acetum squilliticum in
hunc modum quem ego
narro, Accipe de cepis squille
albis et scinde in frusta et in-
fige ea filo, et sicca ista frusta
quod se non contingant. et desicca
in umbra in loco ventoso usque
orientalem: vel versus occi-
dentalem partem .xl. diebus
integris, deinde accipe de hiis
ita siccis pondus libre .i. et pro-
iice super eas libras .viii. aceti.
et dicit alibi libras .x. et coope-
rias cum coopertorio. et luta cum
argilla labia vasorum. et expone
soli .xxx. diebus. et postea cola
acetum et exprime squillas. et
proiice earum substantiam et sua
nomina Et dixit iterum quod quidam
posuit ex cepis recentibus
sine exsiccatione modo predicto
in aceto et dimittit septem
mensibus. et colant acetum, et
utuntur. et dixit quod hoc acetum
factum in hunc modum incidit
humores grossos fortius plus quam
factum aliquo alio modo, et
dixit quod est optimum egritudi-
nibus corporis omnibus: preter
habentes intrinsecus scabiem
vel ulcera seu excoriationes
intrinsecas: et oportet quod quando in-
cipiemus ipsum dare in potu a-
licui quod demus in primis quan-
titatem paucam. postea adda-
mus in quantitate eius paulatim
donec perveniatur ad ℥ .i. s.
Modus alius brevis, pro hiis
qui volunt quod cito fiat propter
necessitatem.

11 Accipe ℥ .i. aceti et pon-
dus ʒ .i. cepe squille.
et pone totum super ignem
et bulliat duabus bullitionibus.
deinde aufer ab igne, et cola,
et utere. Et ex iuvamentis

aceti squillitici sunt quod ipsum ingrossat tracheam arteriam et fortificat carnem eius. et clarificat vocem, et confert doloribus stomachi et male digestioni: et valet opilationibus et suffocationibus matricis. et fortificat cor debile et reddit sanitatem: et clarificat colorem: et acuit visum. et frangit lapidem. et incidit humores grossos et aperit vias et canales omnes. et confert apoplesie, et iuvat ultra omnibus egritudinibus frigidis iuvamento maximo.

## Modus distillandi aquam ex squilla que occidit mures et que ponitur in medicinis ex qua fit syrupus acetosus.

Accipe de cepis nomis recentibus et excortia eas cortice superiori: et proiice id, et incide residuum cum cultello: deinde accipe ollam et perfora eam in fundo foraminibus parvis. et imple eam ex ipsis cepis incisis. deinde fac foveam rotundam in terra: et sepeli in fovea illam ollam vitreatam: et pone ollam cum cepis super ollam aliam vacuam quam tu sepelisti: itaque superioris olle fundus ingrediatur os inferioris olle: deinde luta eas invicem ut contingant se. et cooperi ollam superiorem coopertorio ydoneo, et luta deinde cooperi circumquaque ex terra, ita quod cum incenderis ignem circum. ignis non attingat inferiorem ollam, et superior sit stans in medio ignis, deinde accende ignem circa superiorem ollam: et super eam ex stercore equali vel ex alio: et fac ignem nocte una tota. in mane vero invenies aquam distillatam in olla inferiori quam cola. et serva. et qui vult ex ea occidere mures et conficiat cum ea farinam vel panem. et ponat in loco ubi habundant mures. et morientur ex eo qui comederint cito. et si miscueris parum ex litargiro erit velocior ad occidendum

## Modus albificandi acetum ex quo fit syrupus acetosus.

Construe athanor simile illi in quo distillatur aqua rosacea. et suppone ei vas distillatorium ex vitro vel ex terra vitreata. et imple tres partes ex aceto bono. et quarta pars vasis superius sit vacua ne cum ebullierit acetum effundatur extra, deinde operi vas cum vase alio superius sicut nosti habente nasum sicut fit in aqua rosacea: et fac ignem levem non fortem: nam si esset fortis non fieret acetum album tante albedinis. et est necesse quod acetum quod distillatur sit ex vinis albis clarum et acre in fine acredinis. quia distillatur album et purum. Repone ergo ipsum et serva vitrum. et secundum hanc disciplinam potest distillari vinum qui vult ipsum distillatum.

## Modus faciendi aquam caffore

Accipe vas ex vasis aque rosacee quod dicitur batam. et expositio eius

est ventrem et imple ipsum ex lignis pini que habent magna folia: et impleatur vas aque rosacee et cooperi vas ipsum cum coptorio habente nasum: et pone ventrem in vas eneum plenum aque. et pone super ignem quousque incipiat aqua bullire. nam distillabit oleum subtile boni odoris quod appellatur aqua camphore: aut si vis distilla in furno aque rosacee secundum disciplinam eius et sua repositum quod ex eo distillatum est, et vitre,

Modus preparandi colloquintidam ad usum potionum.

Colloquintida ex virtute sua purgat flegma viscosum. et humores grossos et purgat cerebrum. sed ipsa inducit dolores et torsiones et punctiones in intestinis et tenasmon et maliciam seu nocumentum: et exprimitur malicia si teratur et cribretur, et addatur ei quantum est quarta pars sui quarta pulveris eius ex dragagantum. et fac inde trociscos, et sua nomina. Et sunt qui ponunt loco dragaganti gummi arabicum: quoniam a bo reprimit maliciam eius: nisi quod gummi habet aliquantulum stipticitatis et dragagantum prohibeat ad laxandum: et qui vult eam miscere cum dragaganto, oportet quod terat dragagantum et dissolvat in aqua, et colet et conficiat colloquintidam cum eo: et misceat bene in mortario quousque fiat unum corpus. et fac trociscos. et oportet ut non multum teratur,

quia adheret intestinis et excoriaret ea: et oportet quod eligatur colloquintida que habet colorem in cute sub citrinum. et habet superficiem lenem sine ulla asperitate. et iterum eius album declinans citrinitati parum plenius ponderis spongiosa: quia ista sunt signa quod fuit collecta matura quantum oportet. quam oportet quod non utaris ex ea nisi pulpa eius. et abicias grana eius et corticem. et dosis eius solius est pondus octave partis aurei usque ad quartam unius aurei,

Modus preparationis turbit,

Turbit ex virtute sua purgat flegma. sed inducat sincopim et torsiones. Sed eius preparatio est quod teratur et roretur oleo amigdalarum dulcium. quia prohibet partem sue malicie, quod si non habes accipe sisaminum vel butirum vel oleum commune quodcumque habes paratum. Et turbith melius est quod est album multum et lenem habet corticem. et lignum interius subtile sine asperitate. et non est grossum: et habet gummi super capita eius: Et dosis eius quod est novum est pondus .3. 1.9 usque ad .3. ii. et hoc est cum magna custodia: et de veteri plus. et non datur solum: et post acceptionem eius sumatur brodium pingue. et ex pinguedinibus subtilibus.

Modus preparandi euforbium.

Euforbium purgat ex virtute

sua flegma uiscosum quod est
in scia et lumbis et intestinis.
sed ipm̄ facit tristiciam et de-
bilitatem et siccitatem: et recti-
ficatio eius est quod non multum
teratur et misceatur cum oleo.
et cum eo pone bdellū: aut
succum liquiricie, aut ex spe-
ciebus sicut spica cinamomū
cassia lignea et silia: et oriat
fundatur in oleo rosaceo bono.
et elligatur ex eo clarum nouū
citrinū fortis odoris amarum
cui supertransiuerit annus vnus
vsqz ad tres anos: et dosis
eius est a granis sex vsqz ad
grana duodecim.

## Modus preparandi ellebori albi.

Elleborus albus purgat
virtute sua flegma
per uomitum: et modus
acceptionis eius est quod comedat
ante acceptionem eius cibus
aliquis leuis, et postea accri-
piatur contritus bene cum
pulpe facta ex farina fru-
menti uel ordei: et melior est
quod est pungitiui saporis adurens
linguam: extensus longus
albus et cito frangibilis, cui
appareat in fractura simile
texture aranee tele subtilis.
et dosis eius est pondus ʒ.ss.
usqz ad duas et infra.

## Preparatio ellebori nigri

Et niger elleborus
purgat de virtute sua
flegma et meliam: et
operatio eius est fortior opati-
one ellebori albi et preparatur
eodem modo sicut elleborus
albus. Elligitur autem cuius
radicule sunt plene pingues
et subtiles in cuius fractione
apparet sile subtili aranee
acutum habens saporem: et
melior est ille qui nascitur
in terra petrosa alta sicca.
et dosis est ʒ.ss. vsqz ad ʒ.ii.
et tempus colligendi utrumqz
elleborum est in mense Iullii:
quia sunt in fine bonitatis.

## Forma exhibendi polipodium

Polipodiū purgat uirtute
sua flegma et meliaz
sine molestia et grauie-
dine: et preparatur ad sumendū
ipm̄ solum: quia coquitur in
aqua ordei, aut sicle, aut de-
coctione cucumeris: aut aqua
mellis cocta: et qui uult eo uti
in potionibus radat ipm̄ bn̄:
et terat et misceat in medicinis.
et elligitur citrinum cuius sapor
appropinquet sapori gallarum
cum dulcedine. et est grossus
sicut digitus minor: et dosis
eius in decoctione est a ʒ.ii.
vsqz ad ʒ.v. et silr̄ sba eius
per se dosis a ʒ.i. usqz ad ʒ.ii.
et dixit philius Iohanna quod istud
pondus ʒ.i. intelligitur de sicco.
recentū quī est recens dosis
eius solius est vsqz ad ʒ.ii. aut
.iii. et in potionibus ʒ.i. et
oz quod colligatur in uere. Et
sunt etiaz qui colligunt in autū-
no. sed primum est melius.

## Modus exhibitionis et preparationis granorum nil et est indicum

Hec purgant de virtu-
te sua flegma: et mo-
dus preparationis eorum
est quod ipsa terantur, et infun-
dantur in oleo amigdalarum
dulcium: et bulliat in aqua usqz
ad consumptionem aque. et

remaneat oleū. et dētur sola, aut confictantur aliē medicīe cum eis sim uoluntatem recipientis, et dosis eorum est ʒ. iii. usq; ad. v. et melius nil est cuius folia sunt grossa similia foliis oliuar parū minora. et sunt calidi saporis. et faciūt raucedinem uocis

## Sermo de allrā.

Omne amarū appellatur apud arabes allrā: et in hoc multū laborauerūt expositores, nam quidā ex eis dixerunt q erat colloquintida: et alij q erat aliud: s; ad ultimum non est uerificatum apud eos quid sit: et purgat uirtute sua aquam citrinam absq; q ledat stomacum: et purgat etiam flegma: et modus exhibitionis eius est, q detur in potu cum melle cocto, aut cum rob: et melior ex ea est longa que assilatur cucumeri minori satis magne amaritudinis. que inuenitur in terra humida: et caueri oz ab illa que īuenitur in terra sicca petrosa: et que reperitur in montibus pp fortitudine sue uirtutis: et dosis est ab .viij. gnis. usq; ad. x.

## Modus prepandi scebra. idest esulam.

Scebrā sua ppetate nocet epati et purgat aquam citrinā. et dosis eius sicut diximus de laureola: et prepatio eius est ut ponatur in lacte horis. xxiiij.or et postea desiccetur. Et sunt qui ponunt in aceto cum ea quantitatem ponderis eius de rosis et dragā. et dant cum melle, aut succo vue. cum aqua ubi sint decoctele tes: aut sicla, dosis est pondus ʒ. vi. ad. xij.

## Modus prepandi yreos.

Yreos purgat uirtute sua aquam citrinam. et humores grossos et uiscosos et uitiaz: et apit opilationes epatis: sed inducit tristitiā: uel sollicitudinē: et bonū est q admisceatur aliis medicīs ad reprimēdū maliciā eius: et prepatio eius est ut detur in potu cum aqua et melle sil' coctis. Et eligatur ex eo aquosū multū. partes cuius laciuntur. et breuis staturae. et partes eius equales. et color eius prope citrinitatem: boni odoris. dosis eius podus aur. ij. usq; ad. iij. uel. iiij. aut potētur tritum ex eo pondus ʒ. i. usq; ad. ʒ. ij. cum melle cocto.

## Modus prepandi acorum.

Uirtus achori est propiqua, virtuti yreos: et dosis eius est sicut dosis yreos.

## Modus prepandi centaurream.

Centaurea purgat virtute sua flegma uiscosū et coleram silr̄ fert. et humores qui sunt in scia, et lateribus et anchis: qn aqua eius bibitur: uel clisterizatur cum ea: eligatur ergo subtilis que reperitur in montibus amara multum. que uero reperitur in vallibus est debilis operationis. et potio eius aque est ʒ. ij. in clistrijs. ʒ. iiij. cū oleo sisamino.

## Modus exhibendi fumi terre.

Euacuat stomacū virtute

sua · et confert scabiei pruritui · et bothor, nam purgat coleram adustam et mundificat sanguinem : et provocat urinam ¶ Et qui vult eo uti oportet quod eligatur recens amarum multum et viridis coloris, et potio eius in decoctione est ʒ · i · usque ad ʒ · ii · s̄ · sine decoctione a ʒ · iii · usque ad · vii · cum tantundem de mirabolanis citrinis : et qui vult bibere de succo eius non oportet quod decoquatur eius ¶ Et quantitas potionis eius est a · iiii · ʒ · usque in octo cum pondere · ʒ · ii · mirabolani citrini ¶ Et qui vult eo uti interponat semper diem unum in acceptione eius.

## Modus assumptionis absinthii

Absinthium purgat virtute sua coleram a stomaco leviter et intestinis aperit opilationes et provocat urinam : et fortificat epar · et non habet efficaciam in purgando flegma : et qui vult uti in decoctione vel in potu potest ex eo · ʒ · v · vel · vii · et qui vult eum sumere absque infusione vel decoctione accipiat aureum pondus auri · i · usque ad · ʒ · ii ·

## Modus exhibitionis cuscute.

Cuscute purgat virtute sua coleram · et confert stomaco : et aperit opilationes venarum : et confert febribus longis : et fortitudo operationis eius est melior : et fortior operatione absinthii : ¶ Et potio aque eius est quantitas lb · s̄ · bullite et colate. ¶ Et si quis vult bibere de aqua sua absque decoctione oportet quod apponat cum eo de zuccaro bono · ʒ · x ·

## Forma preparandi cassiae. (al' gusstus.)

Purgat virtute sua coleram : et modus acceptionis eius est, quod sumat de aqua sua sine ebullitione ponderis tertie partis libre unius usque ad · ii · partes libre cum · ʒ · x · zuccari boni vel peioris.

## Modus preparationis kalalle.

Purgat virtute suam aquam citrinam cum magna lenitate sine lesione : et sumitur de aqua eius sine decoctione tertia pars lb · usque ad · ii · partes.

## Modus acceptionis capilli veneris.

Purgat virtute sua coleram a stomaco et intestinis : et dosis eius est a ʒ · iii · ad · vii ·

## Modus preparationis sene.

Purgat humores grossos et confert dolori sciE et lumborum · et infundi debet oleo amigdalarum dulcium vel butyro · et dosis eius est a · ʒ · iiii · ad · v ·

## Modus preparationis abalgar

Purgat aquam citrinam cuius virtus est, sicut virtus esule, in corrumpendo virtutem corporis, et purgat coleram fortiter : Et dosis eorum est a granis · v · usque ad · vii · mundata cum aqua et melle cocto

## Modus preparationis cartami.

Purgat virtute sua flegma et hoc facit grana eius mundata a cortice. Cuius dosis ex granis mundatis est pondus · ʒ · xx · Et oportet quod proiicias super eam lb · s̄ · aque

calide. et frica manibus et cola et pone eis ex penidiis albis .ʒ.x. et potentur.

Modus acceptionis lingue bovis.

Purgat virtute sua coleram et confert pulsationi cordis que contingit a colera cum bolo armenio.

Modus preparationis mirabolanorum citrinorum.

Purgant virtute sua coleram et conferunt stomaco. Et qui vult uti eis elligat citrinos apud viriditatem graves plenos et non crispos. Et dosis eorum est si fuerint decocti vel infusi a .ʒ.x. ad .30. Et de hiis qui non sunt decocti vel infusi a .ʒ.iii. usque ad .vii.

Modus exhibitionis mirabolanorum indorum.

Purgant virtute sua meliam et confortant stomacum. Et dosis infusorum vel decoctorum est a .ʒ.v. usque ad .xx. et de non infusis vel decoctis .ʒ.ii. vel .v.

Modus exhibitionis mirabolanorum kebulorum.

Purgant virtute sua meliam laxatione debili et conferunt orificio ani, elligantur qui declinant ruborem et nigredinem parum. et qui sunt graves pleni. Et dosis eorum infusorum vel decoctorum est a .ʒ.x. usque ad .xii. Et non infusorum vel decoctorum a .ʒ.i. usque ad .v.

Modus exhibitionis violarum siccarum.

Purgant virtute sua coleram que est in stomaco et intestinis, et conferunt fumositatibus resolutis ab eis et spasmo que accidit pueris quando ipse accipiuntur cum aqua: et dosis earum est a .ʒ.iii. ad .vii. de siccis. et si fuerint recentes accipiantur infuse vel decocte pondere .ʒ.x.

Forma exhibitionis prunorum. et tamarindorum.

Purgant virtute sua coleram, et reprimunt acuitatem eius, et prohibent vomitum. et faciunt cum desiderio et conferunt pruritui: et qui vult eis uti elligat recentia et multum acria: et dosis aque eorum postquam fuerint decocta est pondus lb. s., verum tamen tamarindi sunt fortiores ad laxandum: et acriores, quare dosis eorum est minor dosi illorum.

Forma exhibitionis manne.

Mollificat virtute sua intestina et lenit ea et pectus lenificatione pauca, et elligatur alba recens, Cuius dosis sit ab .ʒ. .x. usque ad .30.

Forma exhibitionis cassie fistule.

Purgat virtute sua coleram adhustam purificat sanguinem et clarificat eum auferendo grossitiem. cuius dosis est a .ʒ.iii. ad .x. et elligatur que est in canna cuius et color carnis cuius est niger lucidus et gravis.

Modus exhibitionis granorum

arzimi z dulciu.

Granatu expressa cu carne sua interiori purgant coleram et confortant stomacum sua stipticitate: et dosis aque eorum est lib. s. cum. 3. x. zuchari boni.

## forma preparacionis armoniaci

Confert dolori venenositatis: et elligitur quod est simile olibano. Cuius odor vergit ad odorem castorei parum pingue habens continuitatem partium suarum mundum a ligno amari saporis: et dosis eius solius aut cum aliis medicinis est podus aurei .1. ad aur. s. cum rob infuso. Modus preparationis oppoponacis.

Iuuamentum eius est iuuamentum armoniaci. z elligitur illud cuius superficies est citrina: z interius album amari saporis pingue cito frangibilis fortis odoris. et caue a nigro. z dosis eius est a. 3. s. usque ad aur. 1. infusum in rob.

## forma exhibitionis bdelii.

Iuuat uirtute sua in tenasmone, z in excoriatione intestinorum que accidit ex assumptione medicinarum acutarum: et confert emoroydibus, z collectionibus interioribus qui bibitur: et collectionibus extrinsecis fit ex eo emplastro cum rob dulci. Et qui miscuerit eum cum medicinis acutis flegma purgantibus prohibet excoriationem eorum. z nocumentum ab eis. Et elligatur amari saporis clarum uisu et lene, et cito frangibile, et boni odoris. Et quando proicitur super ignem eius odor assimilatur odori blactebizantie. Cuius dosis solius est. 3. i. cum aliis medicinis. 3. s.

## forma exhibitionis sagapini.

Confert dolori colice. et uentositati intestinorum et dolori ossis caude. z coxarum et sciatice: et purgat flegma uiscosum: Cuius dosis per se super est. 3. i. usque ad aur. i. infusum in rob, aut in oleo amigdalarum dulcium, aut cum melle: et cum aliis medicinis a. 3. s. usque ad. 3. i. Infusi ut prius. Et eligatur cuius color interior declinat rubedini, z de foris albedini. Et est clarum fortis odoris et pungitiui saporis.

## forma exhibitionis sarcocolle.

Purgat uirtute sua flegma uiscosum, z incarnat ulcera, z uesicat ea corio, z contrahit uiscositatem carnis ex qua fit generatio carnis que est nutrimentum carnis ex quo fit generatio carnis in ulcere. et incarnatio et prohibet humores nociuos descendentes ad oculos: et qui uult ea uti, oportet quod elligat illam: cuius color est similis colori olibani declinans citrinitati: et que est amari saporis, z cito frangibilis, cuius dosis est cum aliis medicinis . 3. s. usque ad. 3. i. infuse in rob

decocto. Et oportet quod nunquam accipiatur sola sed semper permixta cum aliis medicinis.

## Modus exhibitionis predictarum quatuor gummarum, qui est alius a predictis.

Iste gumme quas nominaui hic, sicut armoniacum, oppoponacum, bdellium, et sapinum quando debent alicui exhiberi et ipse abhorret acceptionem earum cum rob, tunc oportet quod tu infundas eas in aqua bullienti donec dissoluantur, et cola et infunde oleum amigdalarum dulcium, et da in potu cum rob

## Modus preparationis salium, et proprietates eorum in purgando. et de aqua salsa.

Omnes species salis purgant flegma et mundificant stomacum, et dissoluunt humores grossos. Et de virtute salis est quod facit descendere virtutes laxatiuarum medicinarum a stomaco cito et id quod coagulatur in stomaco ex lacte quod sumitur in potu cum mellicrato. Et melior species salis est illa que reperitur in minera. Et qui vult potare aquam salis eligat sal mundum quia melior est aliis omnibus, purgat enim flegma et melancoliam et humores grossos. Et dosis eius solius est ℥ ii. vsque ad iiii. cum aqua frigida. Et si tardabitur minus laxatio eius bibatur post ipsum aqua frigida, quia laxabit: et stringetur venter eius qui potauerit post

Jndum

ipsum aquam calidam: et post purgationem recipiat ius galline. ad frangendum acuitatem punctionis eius et acuminis. et ad prohibendum nocumentum eius a neruis stomachi et intestinorum. Sed aqua maris oportet quod potetur sola sicut sal de quo dixi. Et sunt qui bibunt eam cum oximelle mixto cum vino bono et dulci. et bibunt post purgationem eius cliyaturam galline. et dosis eius est a quarta libra vsque ad lb. s.

## Forma purificandi aquas turbidas.

Accipe ollam magnam et imple eam aqua illa et construe super orificium duo ligna secantia se in modum crucis. et pone super illa ligna vellus lane mundum et multa ablutione ablutum. et accende ignem sub olla lenem, et quicquid imbibetur in vellere ex vapore qui elleuatur ab aqua exprime et serua. et fac hoc quandiu aliquid ascendit ab aqua. Et quidam distillant eam sicut aqua rosata. Et sunt qui clarificant aquam ponendo super eam aliquid aneti, aut amilli, aut farine. quoniam ista descendunt: et trahunt secum ad fundum vasis grossiciem aque, et sic clarificatur aqua

## Modus faciendi almuri.

Almuri purgat flegma viscosum et incidit eum. et iuuat in dolore colice quando miscetur

in clisteriis cum medicinis conuenientibus: et sumitur in cibo pro dolore stie/qui fit a flate z est subtilius q̄ sal et q̄ salnitrum et q̄ aqua piscium salsorum ueterum. et uirtus eorum est debilior uirtute eius. cuius operatio ē in hunc modum. Accipe de farina ordei partes .ii. salis partē .i. Confice cum aqua z fac focacias azimas et pone in furno et dimitte ibi donec comburatur intus et extra: deinde extrahe a furno et diuide quamlibet earum in tres/uel in quatuor partes z pone ī olla magna munda z coperi cum aqua z pone cum eo de castolionibus palmarum plenam manum: et pone ollam ī furno panis a principio noctis usqz mane ¶ Et sunt qui coquunt panem cum aqua sup ignem usqz ad consumptionem medie aque. et tollunt z ponunt in aquam ex melle sm uoluntatem eorum ad frangendum salsedinem eius. et suant: et hoc est caput almuri ¶ Et qui uult facere almuri sm minus pmo. ponat super residuum panis mediā quantitatem aque/que pmo posita fuit z cum olla mittat in furnū usqz ad consumptionē quartum partiū aque: et colet et suet ¶ Et sunt qui miscent almuri sm cū pmo et suant ntm ad comededū uel ponendum in cristeriis. ¶ Et in almuri sunt operationes longe alie ab ista quā dixi que sunt ydonee comestionibus regum. et non oportet rememorari eas in hoc loco/qz sufficit nūc de modo isto q̄tū ad medicine nitentem.

**Modus faciendi oleū stiptici. et suandi ipm̄ sm doctrinā dyascoridis.**

Modus stipticandi oleū et ad faciendum oleū rosatum/est q̄ accipias squinanti lb. v. et ℥. viii. olei oliuarum lb. xx. et ℥. v. tere squinantum et confice cū aqua. Et adde de aqua tantū q̄ ipm̄ cohoperiatur z coque cum oleo et misce in tempore coctionis et aufer ab igne z pmitte infrigidari. z cola et suua/et fac ex isto oleo oleū ro. ¶ Et ego narraui operationē eius in libro oleorum.

**Forma stipticandi oleum ad faciendum oleum de lilio.**

Accipe olei libras viii. et ℥. v. calami aro. ī lb. v. nuce aureos v. tere calamum aromaticum cum vino bono. et bulli tātum in oleo/deinde cola sup lb. iii. s. ex crocii agresti: et est cortimen quod pmo triuisti z infudisti in aqua pluuie/et dicte quousqz bene imbibatur in oleo. et exprime z cola/z suua ad faciendum oleum de lilio/

**Forma stipticandi oleū ad faciendum oleū de narcisso/**

Accipe olei lb. viii. et ℥. v. darsisani lb. vi. ℥. ii. tere darsisani z infunde in tanta aqua q̄tū

est oleū. et accipe calami aro-
matici lb. v. ℥. viij. et deinde
accipe frustum et tere et cribra
et coque: cola et sua nitri
ad faciendum oleum de narciso.

forma sophisticandi oleum
de nil.

la Accipe olei abluti partē
unam aque pluvialis
partem s. prolice partē
aque sup oleum, et in alia infunde
species quibus vis sophisticare oleū
et misce. Accipe ergo darsiaan
lb. v. s. calami aromatici lb. v. s.
mirre lb. ij. carui agrestis lb.
.iij. et ℥. viiij. olei lb. viij. ℥. ij.
tere darsisahan et infunde in
aqua et proiice sup oleum et
bulli. Similiter mirram infunde
in vino boni odoris. et tere ca-
lamū aromaticum et pone mirrā
et confice. et aufer darsisahan
ab oleo. et pone calamum aro-
maticum confectum cum mir-
ra et bulli simul. et post ebulli-
tionem sufficientem cola ab
his. et proiice sup carui agre-
ste oleum colatum postquā tri-
tum carui et confectum. et misce
semp donec infrigidetur. et
cola totum et sua nitri ad fa-
ciendum oleum de nil.

forma albificandi oleum
ad faciendum omnia olea.
et nominatur oleū cōpositū.

i Iam dixi albificationē
eius in libro operationis
oleorum: et modus ope-
rationis eius est quod tu accipias
de oleo boni odoris et saporis
et pone in olla et misce cū aq.
calida. deinde pone in sole quo-
usque albescat. deinde pone in
sole quousque separetur oleū ab aq.
et collige oleū desuper facie aque
cum coclear et repone: et si
fuerit album una vice bn̄: et si
non iterum repone in aqua sicut
prius, et misce 2ᵒ et 3ᵒ donec al-
bescat. Et sunt qui albificant
in hunc modum. Accipe vas vitria-
tum intus et extra: et fac foramē
in fundo eius. deinde pone digitū
sup foramen. et pollicem sup os
vasis. et agita vas cum oleo et
aqua agitatione forti et dimitte
p horam. s. quousque separetur oleū
ab aqua et natet oleum super
aquam: tunc aufer digitum
a foramine vasis quousque egre-
diatur aqua et incipiat egredi
oleum: tunc oppila iterum fo-
ramen. et pone aliam aquam
calidam sup oleum: et agita sicut
prius. et hoc fac tamdiu donec oleū
albescat secundum voluntatem tuam.

forma lavandi oleum sisa-
minum.

o Oportet quod proiicias aquā
dulcem sup eum, aut bul-
lias prius una ebullitiōe
cum igne levi, et coles: tunc proiice
super aquam dulcem donec e-
levetur pinguedo eius et sua
nitri quando pinguedo eius
ablata fuit.

Modus faciendi oleum de
lateribus:—

e Ego dixi iuvamentum
eius in libro de oleis.
Accipe lateres ru-
beos novos quos aqua non
tetigit. et frange in frusta
pusilla circa quantitatē ℥. j.
et pone eos in igne, et dimitte
ibi donec inflāmentur ultra
inflāmatione et fiat candida

Deinde singulariter unum quod-
que frustum per se extrahe
ab igne: et subito submerge
in oleo uetustissimo quod iam
paratum posuisti iuxta te in
vase. et cum extincta fuerint
extrahe ab oleo. et cum hoc fe-
ceris de omnibus frustis tere cos
tritura grossa. et pone in uase
uitreo vel terreo vitreato quod
possit ignem substinere. uel in
pluribus si habes parata uasa et
sint vasa ista ydonee facta cum
suo coopertorio. et nominantur
uetres, quia sunt rotunda in infe-
riori parte. et extensa ad su-
periora quemadmodum noue-
runt illi qui occupantur in arte
allzimie: et cum posueris in eis
de lateribus tritis sicut dixi us-
que ad duas partes uasis, vel
plus: claude uasa cum suo coopto-
rio habente nasum sicut est id
cum quo fit aqua ro. luta bene
uasa adinuicem cum argilla et
pilo. deinde edifica fornacem
sapienter, ita quod possis ordinare
.iii. uel. iiii. vasa: et cum desic-
catum fuerit lutum quo luta-
sti uasa ordinentur in fornace
sicut fit in aqua ro. nisi quod inter
ista et ignem nullum debet esse
medium. deinde accende ignem
leuem sub uasis a principio: et post
auge paulatim ignem sicut quod vi-
deris uasa calefieri. quoniam
per hoc saluantur uasa a crepa-
tura: Nam timendum est ne
frangerentur si subito nimis fie-
ret ignis fortis a principio: cumque
videris exire aquam per nasum

collige eam per se similiter, et auge
ignem donec videas oleum e-
gredi rubeum, quod recipias
in vase mundo. Caue ne ignis
seu flamma appropinquet illi o-
leo quia cito accenderetur.
et non cito extingueretur. et
quando nichil emanabit de oleo.
aufer ignem a furno. et di-
mitte infrigidari. et aperi uasa
et extrahe feces ab eis. Que
si fuerint sana, pone iterum
de lateribus sanis in eis: si
non autem reuertere ad opus
tuum cum aliis nouis sicut prius
quousque habeas oleum quantum
uis: et repone ipsum in vase
vitreo stricti orificii. Cuius ori-
ficium opila bene cum cera et
terra: quoniam si haberet re-
spiraculum euanesceret et egre-
deretur totum a uase propter subti-
litatem sue substantie. Sua er-
go cum: et utere in egritudinibus
frigidis. sicut epilensia, apo-
plesia, grauitate auditus, et
artetica frigida: cuius iuuamen-
ta dixi in libro de oleis: et est
de secretis philosophorum.

**Forma operationis medicine qua uti poteris quando non habes furnum.**

Accipe folia oliue sil-
uestris. pone ea gra-
datim in vase terreo.
et cooperi orificium uasis cum argila
et pilo. et pone in furno fi-
guli, et dimitte ibi a principio
decoctionis vasorum quousque
vasa figuli sint cocta: et pone
ollam in loco ubi fuerit ignis
fortior: et cum infrigidabitur

furnis extrahe ollam: et accipe quod est in ea de cinere quem si non inveneris petrificatum ita quod sint frusta tere et ablue in sole calido cum aqua sepe. et accipe subtile ex eo. et sicca. et utere in medicinis oculorum, quia ista medicina non habet parem cui comparetur propter iuvamenta sua: nam superat in iuvamento omnes species thucie in auferendo albuginem et pannum oculi. et hoc est de secretis medicine.

## Modus faciendi amillum ex frumento.

Accipe de frumento bono et novo. et purga ab omni re extranea in eo. et elige illud est rubeum et grave. color cuius sit sicut color cere. et facias eum teri tritura grossa. scilicet solum frangi: et pone in vase terreo vitreato mundo, et pone super eum aquam ita quod cooperiat et super duobus vel tribus digitis, et dimitte per noctem. In mane vero exprime cum manu bene quousque descendat amillum totum, cola et proiice substantiam, et dimitte aquam in olla quousque descendat amillum in fundo olle: et aqua supernatet tunc eiice aquam suaviter, ita quod ex ea nichil remaneat. et exsicca cum modico coto. fiat hoc in tempore estivo. et cito siccetur ne acescat et destruatur. et coperi ollam cum pano subtili, ita quod nichil cadat intus: post modum cum erit siccum repone in vase stricti orificii obturando os vasis, ne aliquis vermiculus ingrediatur, vel aliquid aliud. Si autem fiat in hyeme magis oportet custodiri ne acescat, quare oportet ut fiat ingenium: ut cito siccetur in sole vento, vel prope ignem. Et secundum hunc modum fit amillum ex rizo.

## Forma faciendi amillum ex ordeo.

Elige oleum quod est melius grave levius propinquum sue messi: et facias ex eo sicut docui te facere ex frumento. equali disciplina: nisi quod oportet ut coletur colatorio grossiori: quia multum habet de furfure. et propter suam grossiciem.

## Forma faciendi amillum ex orobo.

Accipe ex orobo quod habet pinguia grana propinquum sue collectioni. et quod evasit a perforatione. et tere ipsum tritura grossa. scilicet frange et exsuffla ab eo corticem. ita quod non remaneat nisi caro eius. et pone super eum aquam: et dimitte. vi. horis. et proiice illam aquam ter vel quater quousque clarificetur aqua: et remaneat corpus suum mundum sine acumine et furfure. et tunc dimitte eum in aqua qua cooperiatur una nocte. In mane vero malaxa cum manu quousque dissolvatur.

ex eo lac eius. et dimitte
lac in vase quousqz aqua
sup natet, quam eijce suavi-
ter: et expone soli donec ex-
siccetur. et finis/

Modus faciendi faz seu si-
milani ex ozobo.

la. Accipe de ozobo bono sic-
dixi. et dimitte in aqua
longo tempore: et post
eijce aquam illam, z dimitte
donec consumpta sit aqua
illa que est in eo absqz q siccentur grana: deinde facias
bullire in aqua alia donec
crepentur grana. z separentur
a cortice eius, et tere tritura
grossa et ex sufla ab eo cor-
ticem eius, et finis/

Modus faciendi pendios.

p. Pendidij fiunt ex melle
cane. et ex pulvere
zucharj: et fiunt etiam
ex zucaro bono forti sicco al-
bo z mundo. Et modus est
q accipias zuchar lb. j. vel
.ij. vel ad plus. iij. quia non
possunt bene fieri in multa qua-
ntitate: z pone in vase eneo
stagnato vel in vase terreo
interius vitriato: cuius os
sit latum. sed vas eneum est
melius satis et liquefac zu-
char cum tanta quantitate
aque dulcis qua cooperiatur,
et si zucharum est forte po-
ne cum eo pro qualibet lib.
eius ℥. j. mellis. et distilla
sup ipm de oleo amigdalaz
dulcium si habes: et si non
habes mitte loco eius aliud
oleum. z pone vas super
ignem ex prunis sine fumo
et misce semp equaliter

et coque quousqz sit prope
consumptionem aque, et
expre proiecta gutta ex eo
sup marmore: et cum digitis.
/et qn inveneris q fiant fila
inter digitos sine adheren-
tia oz cito auferri ab igne, z
proijce extendendo super
petram marmoris postqm u-
xisti cum oleo amigdalarum
dulcium vel sisamino. et colli-
ge partes eius undiqz cum suo
calore z inquantum possunt
sublinere manus operantis.
postea trahe et extende inter
manus. sicut trahuntur elec-
tuaria dulcia et fige clavum
curvum ad superiora in pariete.
et proijce super eum. et trahe
a clavo apponendo sup eum
et trahendo sicut trahuntur
electuaria dulcia quousqz
dealbetur in fine sue albe-
dinis. et appone iuxta ignem
quandiu traxeris: ut calefiat,
et fiat obedientior extensioni.
z iterum appone clavo tra-
hendo: ut albescant qntm vo-
lueris. deinde incide cum
forficibus ad voluntatem tuam.
Et si volueris facere formas
rotundas vel oblongas, vel
alias diversas. accipe de amilo
albo. et tere. z pone super mar-
more. et extendo sup ipsum
de pasta illa pendioz z pli-
ca z volue. et incide. z fac quas-
cumqz formas volueris tamen
cito facias ne infrigidentur
inter manus tuas. deinde
pone super cribrum. z pone
iuxta prunas ad horam. z
aufer, z dimitte donec infrigidetur

et secundum ¶ Et qui volunt eos face-
re ex pulvere liquefaciat eum
in aqua sicut prius dixi,
deinde colet ab arena et
aliis superfluitatibus, et co-
quat et faciat sicut dictum
est. ¶ Et qui facit eos ex mel-
le caveat ne sit nimis
forte. et si est ponat in eo
de zuccaro albo quantitatem
duarum partium eius et partem
aque. colet et coquat, et fa-
ciat secundum disciplinam supra
dictam ¶ Et si mel est subtile
oportet quod ponat medietatem eius
de zuccaro ¶ Et sunt qui po-
nunt ex melle duas et ex
zucharo terciam. et coquunt
et faciunt ut dixi ¶ Et sunt
etiam qui faciunt penidios
secundum alias formas diversas
ab istis. scilicet ponentes supra eos
aquam rosatam et parum cam-
phore ad equandam virtutem
eorum. **Modus faciendi aquam rosatam.**

Aque rosate operatio
scita est apud mul-
tas gentes. Sed ego
proposui narrare operationem
eius in hoc libro propter duas
causas: Una est, quia conve-
nit tractatui huius libri ad
hoc ut sit completa scientia
nostra in eo: et secunda est, ut
ostendam operationem eius
illi qui nescit eam: et illi qui
vult eam facere. Et operatio
eius est secundum quatuor modos. unus
modus est eius que fit cum
aqua. et ignis eius est ex
lignis. Et que fit cum aqua
etiam: et ignis eius est ex
carbonibus. Et que fit sine aqua,
et ignis eius est ex lignis. Et
que fit sine aqua cuius ignis
est ex carbonibus: et illa que
fit cum aqua et cum igne
ex lignis: est illa que sepius
fit et est generalior: quam
plures homines faciunt in
nostris partibus: et ista est
minoris odoris quam illa que fit
cum igne carbonum: et illa que
fit sine aqua et cum igne
carbonum est maioris odoris
sanis quam que fit sine aqua etiam
cum igne lignorum. Et que fit
sine aqua et cum igne ligno-
rum minoris odoris est quam
que fit cum aqua et igne lig-
norum. Sed modum operatio-
nis eius que fit cum aqua et
igne lignorum ego monstra-
bo secundum formam quam faciunt
reges aharech et hic est modus eius.
¶ Facias berchile parvum in
domo ampla, cuius fundus
et latera sint ex plumbo
adeo discrete simul solida-
ta, ut aqua non possit egre-
di ab eo et facias coopertorium
ex vitro cum sagacitate, vel
ex terra vitreata. et fac in
eo formam secundum formam va-
sorum distillationis. c. vel. cc.
secundum quantitatem magnitudinis
berchilis. vel parvitatem eius
secundum voluntatem tuam faciendi
multam vel paucam aquam
rosatam: et deinde pone ollam
magnam ex ere vel caccabum
post parietem iuxta quam
posuisti berchile secundum formam
ollei balnei: et construe eam
super furnum, et berchile sit con-
stitutum super furnum inferius
ab olla, ita quod applicet de calore

ignis berchilis ad ollam. et facias caminum cum foraminibus per que possit fumus extra domum egredi. ita quod fumus totus a domo egrediatur et non noceat aque rosate. deinde imple ollam ex aqua que sit in puteo facto iuxta ollam sicut est puteus balnei. et accende ignem sub ea quousque bulliat aqua bene. deinde dimitte venire aquam per canalem quod fecisti per discretionem ad berchile. deinde pone aliam aquam frigidam in ollam ex puteo sicut in olla balnei fit. et constitue in berchile canale per quod egrediatur aqua quando fuerit plenum. et sic exitus eius extra domum. deinde pone cucurbitas sive ventres: et sunt vasa distillatoria in foraminibus berchilis. et stringe cum panno lini discrete, ita quod bene sedeat in foraminibus suis et vapor aque non egrediatur extra. Similiter et capita eorum stringes cum panno lini: et sunt vasa ista ex vitro vel ex terra vitreata. deinde pone rosas intus et cooperi cum coopertorio suo. et suppone unicuique vasi fialam suam ad recipiendum quod distillabitur ex aqua ro. et semper quando finietur distillatio eius proiice rosas primas et pone alias novas recentes quousque compleatur totum opus. Et scitum est quod aqua ro. que fit ex rosis silvestribus que oriuntur per se sine irrigatione aque est mediocris odoris, quam que fit ex rosis domesticis que nascuntur in locis cultivatis et rigatis aqua. Et operatio eius que fit in terra nostra est levior et brevior quam illa quam dixi. Et est quod accipias ollam ex ere sicut est olla tinctorum. et pone post parietem et pone super eam coopertorium discrete factum cum foraminibus in quibus ventres ponuntur. et pone in eo ventres cum sagacitate. et postea imple ollam aqua: et accende ignem sub ea cum lignis ex vite vel similibus. et fac distillare. et quando mediabitur distillatio oportet quod cooperias os furni donec compleatur tota distillatio: Et qui vult loco lignorum componere carbones aqua erit magis odorifera. Sed operatio eius sine aqua et cum igne carbonum est quod facias furnum quadrum aut rotundum. et habeat coopertorium superius super quod stabunt ventres ex terra vitreata ut possint substinere ignem. et quando accendentur carbones et incipiet aqua ro. distillare claude os furni et dimitte foramina aperta per que fumus egrediatur. et dimitte sic donec fuerit distillata tota. deinde abiectis primis rosis. pone alias recentes.

Modus alius brevis. qui vult distillare paucam aquam.

Accipe ollam ex ere. et imple eam aqua. et pone super larem ignis. et pone super os eius coopertorium perforatum

foraminibus duabus uel tribus
uel pluribus aut paucioribus
uentribus secundum quod poterit
capere coptorium olle. et sint
uentres ex uitro. et accende
ignem ex sarmentis de uitibus.
uel carbonibus sub olla donec
bulliat aqua que tunc distillatur
aqua rosata in una uice uel
in duabus quanta uolueris.

**Modus faciendi aquam rosaceam cum musco.**

a Accipe aque rosate libras
ii. et pone in ea de
musco trito bono aureos i.
et pone in uentre distillati-
onis de uitro facto. et distilla
paulatim sicut dixi supra
quousque tota distilletur. et
repone eam in vase vitreo. et
stringe os eius quia bona est
regibus ad odorandum quando
liniunt ex ea pannos suos. ut
sint odoriferi.

**Modus faciendi aquam rosaceam cum croco.**

a Accipe ex croco bono
ʒ s. et lb. ii. aque ro.
et pone crocum in
aqua ro. ut infundatur in
ea bene. deinde distilla sicut
dixi quoniam bona est ad
ponendum in medicinis et odo-
randum: et ornandum in de-
corationibus.

**Modus faciendi aquam ro. cum gariofilis.**

a Accipe ʒ i. gariofilorum
et lb. i. s. aque ro. et
pone gar. in aqua illa
die et nocte et postea distilla
sicut dixi et supra.

**Modus faciendi aquam rosatam cum camphora.**

a Accipe ʒ i. camphore, et
pone in lb. i. aque ro.
et distilla et supra et utere
in medicinis regum. Et secundum
hunc modum fit aqua ro.
cum sandalis et aliis speciebus
cum quibus uolueris. Et
sunt qui distillant hec omnia in
aqua simplici loco aque ro-
sate.

**Modus faciendi aquam rosatam cum rosis siccis.**

a Accipe de rosis siccis
et pone super eas aquam
qua infundantur so-
lum: et non plus: deinde imple
ex eis uentres vitreos seu plum-
beos. et distilla paulatim cum
discretione. quia erit conue-
niens in medicinis et decora-
tionibus. Et dixit michi quidam
qui posuit in una lb. rosarum sic-
carum lb. x. aque et fecit distillari
et fuit aqua rosata satis bo-
na, sed non faciunt istam nisi
in necessitate quando non
reperitur alia.

**Modus faciendi Rauich.**

a Accipe de passulis bonis
rubeis lb. iii. et pone
super ea aquam ad po-
dus earum, et coquantur, postea
cola cum expressione, et proice
substanciam: deinde accipe
lb. ii. mellis optimi et misce
cum aqua passularum et lb.
i. s. olei sisamini et sabarini
et bulli totum simul quousque
sit prope coagulationem: et

caue ne desiccetur. Quod si incipiant desiccari: adde parum aque ne adurantur: deinde accipe cassie lignee ro. cinamomi ana tantum quod summa sit lb. i. et gallarum lb. x. tere et cribra subtiliter et confice cum aqua passularum et melle in olla: et pone ollam super ignem suauissimum et dimitte quousque queratur ad modum pultis facte ex farina, deinde extende medicinam hanc super sextorium ad solem donec propinquet coagulationi et sit ydoneum ad operationem, deinde pone super marmore uncto oleo de keyri uel de zambuc et unge manus tuas ex eodem oleo, et fac trociscos sicut modus facere ramich.

Modus faciendi trociscos de gallia

Sed si uis facere trociscos alios de such i. gallia, Accipe de musco quantum uis et tere bene et malaxa cum eo sicut malaxatur pasta dura ex qua fit panis. et fac trociscos magnos uel paruos, quos extende super cribrum ex setis. et dimitte duobus uel tribus diebus donec sint rubei. deinde perfora eos et pone in eis filum. et interpone in medio ipsorum frustula ligni similiter perforati, ne se contingant et suspende in loco ubi non tangantur a rore uel re nociua. Cum autem transierit super eos annus erit gallia bona. et quanto amplius tempus habuerit tanto erit gallia melior. Et gallie quatuor sunt species scilicet gallia ex musco, et gallia ex uentribus: et ex corio. et ex aqua, Operatio gallie ex musco est illa quam dixi: et iterabo operationem eius breuiter quando ramich fuerit siccum: et est quod accipias ex musco. et teras ipsum per se et teras ramich per se. et cribra cum cribro mediocri et proiice super ipsum muscum, et malaxa illa in vase quod arab. dicitur salalaya cum oleo de keyri, aut de zabuch, et fac trociscos. et pone super cribrum donec siccentur, et perfora eos, et intromitte filum per foramina eorum, et suspende, et sicca ut dixi. Sed operatio gallie ex uentribus est quod accipias uentriculos ex quibus extractum est muscum: et incide eos cum forficibus ultima minutione, et facias sicut fecisti de musco cum ramich: et hec est gallia ex uentribus. Et operatio gallie ex corio est, quod accipias corium pilosum quod est super marsupium a quo extractum est muscum: et tunde pilos eius cum forficibus bene. et postea rade cum cultello acuto uel uitreo: et quere bene radices pilorum, ita quod nichil de eis remaneat: sed fiat sicut corium: deinde incide cum forficibus subtilissime: et tere et cribra cum cribro subtili. et fac totam operationem sicut fecisti in gallia cum musco. et in gallia uentrium. Et operatio gallie ex aqua est quod accipias

ex ventriculis musci quos pre-
dixi tibi cum toto corio pi-
loso. et inde cum pilo suo
postquam erunt vacui. et pone in
vase vitreo simili urinali. et
proice super unamquamque bursam
seu ventriculum lb. ii. aque,
et pone in sole .xx. diebus,
et cola aquam: deinde tere
ramich et cribra, et confice
cum aqua ventriculorum.
et fac trociscos sicut fecisti
de gallia muscata et aliis,
et suspende per annum integrum,
ita quod non tangantur ma-
nu: quia tunc recedet fetor
eorum et remanebit bonitas
eorum. Et tempus faciendi galli-
as omnes est tempus veris. et
oportet quod non fiant tempore hye-
mis. quia remaneret in eis hu-
miditatis et destruerentur, et ipsa
non reciperet odorem specierum
nisi siccarentur bene. et scias hoc.

**Modus adhurendi ramu-
los arborum et radices et
folia quecumque ex eis e-
gent combustione.**

At de ipsis est modus
combustionis sarmen-
torum vitis: que quidem
oportet comburi quando de no-
vo sunt amputate, et habent
in se satis de humiditate.
Accipe ergo ea, et absterge
bene a terra et lava bene
in aqua donec nichil rema-
neat in eis ex terra vel alia
putredine. deinde imple ex
eis ollam magnam quantum oportet.
et claude eam cum coopertorio
perforato: ut fumus eorum inde
egrediatur: deinde pone in
furno panis a sero usque ad
mane, et extrahe ollam, et vi-
debis sarmenta facta sicut
carbones, tunc tere ergo eos
bene, et pone eos in olla nova
prima: et pone iterum in furno
et facias hoc sepe donec inve-
nies cinerem album bonum
levem tactu: que sua natura.
Et in hunc modum comburuntur
ligna ficus et lentisci .i. zarii
et terebinthi. et radix canne,
et omnia folia, et cortices, et
radices, et cortices avellanarum
et castanearum et glandium
quando volueris ex eis cineres
facere. Et qui vult ea comburere
cum minori artificio et minore
labore, oportet quod fiat simile huius com-
re, tunc combustio est nimia in
operatione medicine.

**Forma assandi mirabo-
lanos citrinos. kebulos.
Indos. bellericos. et embli-
cos: pro illis qui emittunt
sanguinem: et habent
emorroydas: et desinteriam,
et tenasmon.**

Oportet quod imbibas mi-
rabolanos in aqua ci-
toniorum .i. succo: aut
granatorum acetosorum: aut
in succo uve acerbe, aut citri.
Aut in aqua ubi decocti sunt
berberi, aut lentes, aut ubi
coctum est lapatum acutum,
Deinde sicca eos bene, et made-
fac in oleo rosato, vel in oleo

de lenticl(?)o. et e de zazur aut
oleo mastrino, vel butyro, vel
oleo olive, deinde assa super
patellam ferream, vel textam
calefactam primo: et caue ne
adurantur et destruatur uir-
tus eorum.

Modus assandi semina
que administrantur in me-
dicinis fluxus uentris, si-
cut sunt semen portula-
ce, mirsinorum, altee, plan-
taginis psilii grana mirti,
carui, anisi, cimini albi, et
grana granatorum semen
lini, mazubii, et similium.

A[ccipe] patellam fer-
ream, aut terream
aut eneam, aut lebe-
tem cum lato orificio. et cale-
fac eam bene. deinde aufer
ab igne et statim cito suppone
semina dum ipsa est calida antequam
infrigidetur. et grinsce eam
semper donec videris assatio-
nem eius completam ad uo-
luntatem tuam. et si non fue-
rit completa una uice: pone
iterum patellam super ignem
sine seminibus donec calefi-
at: et pone semina desuper cum
abstuleris eam ab igne, et
fac ut prius: et caue ne com-
burantur et non apponas ad
assandum omnia semina et plu-
ra simul: sed vna quaque spe-
cies per se: quia sunt quedam
semina que sunt minora aliis.
et quedam grossiora: et quedam
habent multam uiscositatem: et
quedam paucam: et sunt ex eis
que debent amplius assari, sic-
ut psilium: et sunt ex eis que parum,
sicut carui et anisum. et cimi-
num album, et ita de aliis prout
opportet vnicuique speciei.

Forma assandi dragaganti
gummi arabicum. et omnes
alias gummas.

Q[ui] Vult assare gummi
arabicum frangat eum
in frusta ad magnitu-
dinem orobi, deinde accipi-
at patellam et calefaciat eam
et auferat ab igne, et ponat
super eum gummi arabicum,
et misceat bene sine intermissio-
ne donec albescat: et si non
albescat prima uice fac iterum
ut prius donec sit album. eo-
demodo facias ex dragaganto
et gummi amigdalarum.

Forma assandi lazabe. et
comburendi.

F[r]angitur sicut dixi frac-
turis prius: et assa
vna vice vel duabus.
et prima. ¶ Sed combustio eius
est in hunc modum, Accipe
ollam fictilem, et pone lazabe
intus, et claude os eius cum luto
et pone in igne atanor vna
nocte. deinde extrahe, et tere,
et utere.

Forma assandi gallas que
vult eis uti, in capillis.

F[r]ange vnamquamque gal-
lam in quatuor vel
in quinque partes. et in-
funde aqua eas in oleo oliuarum
vna hora: deinde assa secundum

disciplina mirabolanorum. et aufer cito cum sagacitate ne comburantur et destruantur.

¶ Et qui vult frangere stipticitatem eorum infundat eas in butyro vel oleo sisamino. et terat, et fiet sine assatione.

¶ Et qui vult augere stipticitatem earum imbibat eas in aqua citoniorum, aut cum vna aquarum stipticarum quas dixi, Aut succo stiptico et fiet.

**Forma comburendi fecem vini et aceti.**

Accipe fecem vini et munda et desicca eam in testeo vase super ignem magnum. et dimitte donec comburatur.

¶ Et signum combustionis eius est quando mutabitur color eius in albedinem. et pungit linguam cum inflamatione.

¶ Et combustio fecis aceti fit in hunc modum; et virtus utriusque adhuste est, quia desiccat multum et sunt abstersiue. et auferunt carnem superfluam ab ulceribus, et sunt stiptice, et purificant purificatione forti.

**Modus conficiendi sarcocollam,**

Accipe de sarcocolla bona alba grossa, et pone in vase vitreo ampli orificii: et demulge super eam lac asine in quantitate parua. ut non infundat in ea ut liquefiat, sed remaneat quasi sicca: et pone sub dio in sole ut cito desiccetur.

¶ Et quando erit sicca, oportet quod iterum mulgeas secundum quantitatem quam dixi, et semper caueas ne cooperias eam lacte ne crescat lac antequam desiccetur et destruatur, fac ita quater vel quinquies: et cum hoc feceris sicca bene et serva,

¶ Et si non habes lac asine paratum fac cum lacte mulieris, quia est melius. ¶ Et sunt qui conficiunt cum lacte eque et capre, et aliis speciebus lactis: sed lac mulieris est proficuus.

**Forma conficiendi carui.**

Accipe de carui et pone in vase mundo, et pone vas super ignem vna hora donec sit fere calidum, deinde infunde super eum lac capre quantitatis qua cooperiatur: et dicte dimitte duabus horis. et extrahe. et sicca. et serva,

**Forma conficiendi mirabolanorum emblicorum cum lacte,**

Accipe de emblicis melioribus et pone super eos lac acetosum. et dimitte sic die ac nocte: et quando lac desiccabitur, pone iterum aliud lac donec sint infusi ad voluntatem tuam.

**Forma conficiendi cordumeni et cimini in aceto ad ponendum in confectionibus.**

Accipe cordumeni, aut de cimino nouo albo. et purifica a lignis et a sorde. et pone in olla lapidea: et cooperi cum aceto forti, Cuius quantitas sit ita quod totum imbibatur a cimino et

nichil remaneat. deinde extende eum sup sextorium in umbra donec sit prope exsiccationem. post modum assa eum super patellam ferream secundum disciplinam quam narraui tibi in assatione seminum.

## Modus purificandi et colandi gummi arabici et dragagantum ad ponendum in alcohol.

Accipe de gummi arabico et tere tritura grossa ne teratur cum eo ligna eius. et pone in olla vitreata et coperi eum aqua clara et munda vel cum aqua rosacea. et dimitte per noctem: et in mane aspice si est necessaria alia aqua. et adde. et si non misce bene cum manu donec totum liquefiat: et proice eam super cribrum mundissimum. et duc eum manu hinc inde donec descendat de cribro totum colatum. ¶ Et sunt qui desiccant et seruant desiccatum. ¶ Et sunt qui utuntur sicut sunt.

## Modus preparandi opium. quod administratur in collirijs.

Accipe laminam eream aut etiam lanas in qua ponuntur res que pensantur: et pone eam super prunas donec bene calefiat. et aufer ab igne. et pone ibi subito de opio mundo. Et quando videris eum liquefactum aufer ne desiccetur ne fiat fragibile. et refrigera: et utere.

## Modus preparandi dragag[anti]. quando volueris ipsum ponere in looch.

Oportet ut liquefiat in melle et aqua die ac nocte. et si in mane oportuerit quod addatur de aqua fiat. et si non misce cum manu: et cola. et fac sicut scriptum de gummi arabico. et utere.

## Forma comburendi olibani. et accipiendi fumum eius.

Accipe de olibano bono et claro, et attende cum lumine candele. et pone in olla terrea vitreata quousque comburatur. deinde coperi ollam subito, ut colligatur olibanum post combustionem eius: quia si non oppilares ollam subito conuerteretur in cinerem. ¶ Et sunt qui in hora combustionis coperiunt ollam coopertorio ereo habente culmen ad colligendum fumum eius.

## Forma colligendi olibanum. quod ponitur in alcohol.

Verum forma collectionis fumi eius quod apprehendas frustum olibani cum toto suo cortice cum forficibus. et pone flamme. ut accendatur: et proice in vase terreo paruo quod habeat coopertorium ex ere delicate factum. et non oportet ut tu accendas granum secundum antequam extinguatur primum granum. et oportet quod coopertorium sit taliter situatum sup os vasis quod cognoscatur qualiter et quantum colligetur ex fumo

in copertulo. et est q interpo
nas lapillum inter labiu
vasis et coperculi tante gros-
situdinis: ut p illam distantia
videre possis collectionem
fumi, z rora sup coptoriu cu
spongia uel petia madefac-
ta in aqua frigida: ne cop-
toriu nimis calefiat. et in-
gatur huius fumus cum alio.
nam si hoc non fieret fumus
p calore coperculi conuerteret
ad inferiora: et misceretur
cum cinere olibani. et non
colligeretur tantum. Et vir-
tus fumi eius est, q ipe sedat
apostema oculi, quod dicitur
sarcam. Et hoc modo colligit
fumus nuce. storacis z gallie,
et omiz specierum gumm.

Forma accipiendi fumum
picis liquide.

Accipe acetabulum
seu lucernam ferream
uel terream. et pone
in eo licinium et paru picis
et accende licinium. et de-
inde cooperi sup flamam
luminis eius coperto vaso
terreo interius uitreato. z
sit forma eius silis fornulo.
habens culmē: cuius sumitas
tendat in acutum. z sit strita,
et sumitas eius habeat sicut
foramen atanor. et dirige sic
flamam sub coptorio. nam
fumus eius adherebit parie-
tibus coperculi. et quando pix
minuetur adde picem alia,
et facias hoc tam diu q col-
ligatur ex fumo quatu uo-
lueris. et caue ne nimium

calefiat coptoriu: et fumus
non adhereat fumo sed co-
uertatur ad inferiora.
qr oz q euētes cu flabello
hora post horam: et virtus
huius fumi est calida z stip-
tica: et usus eius est uulis ual-
de in alcofol. et in medicinis
oculoz. Et nos utimur eo in
emplris. et in debilitate
oculorum et lacrimis. et
bothor. Et ita accipitur fumus
ex butyro,

Forma coquendi allzitam.

Sume uas terreum oblō-
gum: et luta cu argilla
et pilo. et pone usqz
ad duas partes eius de allzi-
tram. z pone sup prunas.
et coque donec remaneat
medium eius. deinde fige
lignum seu acum ferream
in ea. et exhe ad aerem, na
si desiccabitur scias q erit
coctum. et tuc aufer ab igne.
et desicca. z utere,

Modus abradendi sandalu
quod administratur i medi-
cinis apostematum calidoz.

Sandaloru quoddam ē
rubeum: et ē frigidius
aliis, quoddam est
citrinu: et aliud est album: et
illud quo magis utitur me-
dici ad infrigidandu ē ru-
beum: et utuntur eo in me-
dicinis podagre calide, z me-
dicinis furunculoz calidoz.
Et modus eius est q accipias
ex eo frustum quod sua
grossitie ipleat manu tua,
et frica ipm sup ferrum
drachm. i. azaru: uel sup

pretiam duram. ne aliquid ex petra misceatur cum sandalo in fricatione. Et fuit consilium aliquorum ut fricetur super cotem cedonium. quia si aliquid ex ea dissoluitur cum sandalo non nocet ymo auget in frigore eius et iuuamento. quia natura huius cotis est frigida et desicatiua: et oportet quod distilletur super ipsum semper in tempore fricationis aqua frigida uel aqua rosata: aut de succis herbarum frigidarum. sicut succus solatri et memite et semperuiue et lactuce et plantaginis: uel aliud simile aliorum succorum frigidorum: et tunc habeas parassidem mundam coram te super quam facias fricationem in quam descendit aqua: uel succus cum fricatione sandali: et quando descenderit de sandalo quantum uolueris cum huius succo. et si de succo uel de aqua nimis erit dimicte descendere sandalum in fundo uasis, et proiice super linum quod supernatauerit ex aqua uel succo. et residuum collige, et utere eo in omni quod oportet solo uel composito cum emplastris, que sedabunt dolores calidos cum auxilio dei. ¶ Et quidam ex medicis qui erant in nostris partibus fricabant sandalum cum testa terrea alba noua dura. et utebantur in furunculis et clauis. et dicebant quod in testa alba adherat proprietas conferens furunculis ¶ Et sunt etiam qui fricant in mola fabrorum qua acuuntur gladii. et ita faciebant egiptii. Sed sandalum citrinum. et sandalum album fricant secundum eandem disciplinam: quam iubeam.

Modus extractionis mucillaginum ex seminibus sicut psilii fenu greci. se. lini. se. malue. et radicum eius. et se. altee et radicum eius. et se. citoniorum. et marubii. et ceterorum huiusmodi.

Modus eius est quod accipias de bono psilio quantum uis. et munda eum a terra et a qualibet re extranea. et pone in olla munda. et pone super ipsum de aqua calida libras quatuor ad unamquamque libram psilii: aut plus si quod tu volueris pinguem esse mucillaginem uel subtilem. et dimicte sic per noctem. mane uero calefacias parum super ignem: et proiicias in marsupium factum ex tela lini forti noua grossa. et stringe os marsupii cum ligamento fortiter: ne aliquid ex psilio labatur extra. deinde eum suspende super orificium olle uitriate, et preme marsupium ab omni parte eius cum virga lignea uel ferrea subtili. et quod egredietur de mucillagine trahe mulgendo ad inferiora cum virga donec descendat mucillago in ollam: et fac id donec nichil egrediatur a marsupio. deinde dissolue os eius: et liga iterum magis inferius a loco in quo ligatum prius. et preme iterum cum virga quousque egrediatur

tota mucillago. nam psillium egredietur totum simul ex marsupio cum hoc artificio. Et secundum hanc formam fiunt omnes alie mucillagines. Et sunt quidam qui ponunt super semina aquam calidam et miscent bene et ponunt in panno vel cribro. et premunt donec tota mucillago egrediatur: sed primus modus apud me est melior.

**Modus exhendi mel ex anacardis.**

la Accipe de anacardis: et aufer pedem eorum: scilicet id quod adheret ramo eorum. et pone in olla munda cum aqua. et bulli quousque super faciem aque videas natare sicut mel: quod colliges cum cocleari paulatim quousque nichil remaneat de eo super aqua: quod repone et serva necessarium.

**Forma exhendi cor seminum .i. medullas sicut cor cartami seminis cucurbite cucumeris citri melonis. et similium.**

lb Accipe de cartamo. et purga a superfluitatibus eius. et si habet aliquam humiditatem oportet quod desiccetur in sole. deinde pone in mortario. et frange leniter cortices eius. et frica manibus quousque separetur cortex a corde, deinde cribra paulatim cum cribro facto ad hoc. quia cor eius descendet et cortex remanebit super cribrum. et ita opportet fieri de aliis seminibus. Et sunt qui auferunt medullam eius cum manu sigillatim. et colligunt cor eius cum forficibus parvis. vel cum unguibus: sed hoc opus est magni laboris. et non potest fieri ex eis nisi modicum: et prior modus est melior satis. et est modus quo usi sumus.

**Forma excoriandi grana allzerua et est cataputia maior sive pentadactilus.**

Quando accipiuntur ex arbore sua recentes. sunt a cortice suo difficilis separationis. Et qui vult excoriare ea sine labore oportet quod extendat in sole calido. et dic-tat tota die. et moveat hora post horam. quia quando sol calefacit grana facit crepare corticem illum ab omni parte eius et facit egredi grana eius. Colligat ergo ea que egressa sunt. Et si remanent aliqua grana que non sint separata a cortice fricentur cum manibus vel cum panno aspero quousque egrediantur mundata: et si aliqua non crepuerunt, ponantur iterum in sole donec crepent et fiant ut prius. Si vero neges excoriationem eorum in brevi tempore pone patellam super ignem donec sit prope calefactionem. et auferas ab igne. et pone grana in ea et misce, et sit calor patelle aliquantulum fortior calore solis, finduntur ergo cortices. et egredientur grana. verum ad auferendum corticem eius sine est labor magnus. Et propter hoc multi extrahunt oleum eius absque quod auferant corticem illum. Et qui vult auferre corticem

secundum. non habet ingenium
aliud nisi mundanda grana
singulariter unum post unum.
A ut quasset ea leviter sicut
dixi de grano cartami. et
cribret. Verum ipsa adheret
sibi. et conglobantur propter mul-
tam eorum humiditatem: quare
oportet ut terantur paulatim
cum magna lenitate et in-
genio. Et secundum hanc formam
oportet quod terantur grana
abalgar. i. lauréole et bace
que sunt prope figuram horum.

Modus excoriandi grana
sisami.

a Accipe de sisamo. et
purga a terra que est
cum eo et aliis super-
fluitatibus, et pone in vase
fictili cum aqua frigida. et di-
mitte per noctem. et in mane
cola et dimitte siccari parum
ab humiditate aque. et pone
in pecia lini forti. et liga os
eius et preme sisamum ab omni
parte eius donec excorietur
totum. et proijce in vase. et
proijce super ipsum aquam fri-
gidam. et misce bene. nam
cum videbis corticem eius
natare super faciem aque: proijce
cum aqua. Et fiat ita quousque
nichil remaneat excorticatum.
Deinde sicca ab aqua: et sua
nerit.

Modus excoriandi amig-
dalas. et pineas. et nuces.
et cetera horum similia.

o Omnia ista excoriantur
in aqua calida. et hoc
est notum omnibus.
Et sunt qui ponunt in aqua
frigida per noctem. et in mane excoriant.
Et sunt qui ponunt in patella
super ignem parum quousque
excorientur. Et sunt qui se-
peliunt quando recentes colliguntur
in palea frumenti: quia sic
cadit cortex eorum superior.

Modus desiccandi rosas
ad reponendum eas.

a Accipe de rosis cum
fuerint immediate
sue apertionis. neque
adhuc egressa folia earum
a camerula sua. et expone
soli cum tota camerula sua
in fine mensis aprilis. et ex-
pone eas soli eadem die qua
collecte fuerint: nam si reserva-
rentur usque ad mane ma-
xime coacervate in unum
minuerentur multum in suo
odore et rubore. et cum de-
siccas move eas sepe in die.
Et quando marcescunt aliquantulum
manserint. et fuerint prope
desiccationem. aufer folia
earum a camerulis suis. et sua
folia reposita. Et iam scitum
est apud nos quod ille que sic-
cantur eodem die qua collecte
fuerint sunt meliores satis.
et rubor earum remanet in
eis et odor. et si non possunt
exponi soli eadem die qua
colliguntur. oportet quod ponatur
in loco ventoso in quo non sit
humiditas. et sequenti die quam
cito poteris ponantur in sole
donec compleatur earum
desiccatio. Et iam scitum est
quod desiccatio earum melior
est in umbra: nisi quod est ma-
ioris laboris: et periculum est
ne destruatur odor et color earum.

pter humiditatem que est causa de
structionis earum quando
nimis remanet in eis. quapropter
si volueris desiccationem
earum in umbra oportet quod ponas
eas extensas in loco calido procul
ab humiditate. et visites se
pe et revolvas eas assidue.
Sed impossibile est quod evadant
a destructione quando desiccantur
in umbra: et oportet quod reponantur
quando complebitur desiccatio
earum in vase terreo: et quod
stringatur os eius quod odor et
color remaneat in eis. ¶ Et
scitum est quod qui siccaverit
lb. x. rosarum mundatarum con
vertentur ad lb. i. quando erunt
sicce. ¶ Et si rose fuerint ex
montibus possibile est quod re
maneant plus ¶ Et rose de
montibus sunt fortioris odo
ris quam ortulane. et aqua que
fit ex ortulanis. et ita est de
omnibus herbis et de omni flore
quia odor et virtus fortior
est earum que nascuntur in
montibus quam que nascuntur
in ortis et locis depressis.

a devastatione

## Modus desiccandi violas.

Viole colliguntur in mense
aprilis. et oportet quod flores
violarum colligantur
quando sunt in fine bonitatis
et maturitatis. et extendantur
in sole. eadem die qua colli
guntur. sicut dixi de rosis
neque plus neque minus. qui vult
colorem et odorem earum servare
sicut est. et viole montium sunt
meliores ortulanis. et lb. x.
ex recentibus convertuntur
ad unam quando sicce fuerint. sicut
et rose.

## Forma desiccandi omnes cortices radicum. sicut feni. apii. scariole. plantaginis. buglosse. et cortices radicum meu.

Modus desiccationis earum
est iste: ut abluas eas
bene ea die qua colli
guntur a terra et luto. et
abscisis foliis ab his: extra
medullas ab eis in hunc modum.
unam quamque radicem per se cusses
cum malleo parvo ferreo: quia
tali modo citius et melius sepe
rabitur cortex a corde quam alio
modo. deinde expone soli ea
die: et non oportet ut expectes
nisi una die quia destruerentur,
et maxime in tempore hye
mis. ¶ Et quando siccas revolve
sepe in sole. et in nocte. et
ponas eas in loco ventoso procul
ab humiditate. et in die pone ite
rum in sole donec desiccentur.
Et si dies sit nubilosa sine appa
ritione solis, oportet quod extendas
eas in cribro ex paleis, aut
super craticulam ex cannis
subtilibus et suspendas super
ignem, ita quod calor ignis a
scendens eas desiccet. ¶ Et
qui vult desiccationem earum
subito immittere vento, oportet quod ac
cipiat patellam terream latam
et calefaciat eam super ignem.
deinde auferat ab igne. et
extendat super eam radicem,
aut aliud quodcumque voluerit
desiccare. et revolvat sepe
cum manu. Et quando patella re
frigerabitur removeat ra
dices a patella: et iterum
calefaciat eam: et calefactam
tollat ab igne et iterum super
ponat radices et faciat hoc

quousqz siccetur, z caueat ne combur[antur]. Et hic est modus desiccationis earum in hora veris magne, z in diebus pluuie nubium et humiditatis.

forma accipiendi cortices citri. z ceterorum pomorum odoriferorum. et eorum desiccatio.

Ille qui vult uti corticibus pomorum citri in confectionibus. eligat illa que habent maiorem acetositatem intrinsecus. quia cortices eorum sunt magis odoriferi. Et oportet quod excorientur illa die qua collecta sunt ab arbore, tergantur ergo primo cum mantili mundo. et excorientur cum cultello acuto a citri paulatim leniter: ne aliquid accipiatur ex carne cum cortice. Et simili modo oportet fieri ex citoniis et aliis pomis, deinde siccentur cum cautela ut dixi, z suentur nitidi,

Modus infundendi armoniacum. z gummas que ponuntur in medicinis.

Accipe armoniacum z pone in aceto per noctem. Et in mane aspice si armoniacum biberit totum acetum z non bene fuerit dissolutum addas de aceto parum. et dimitte donec bene dissoluatur totum, deinde pone super cribrum ex setis, z frica cum manu donec descendat de cribro et ligna eius. z frondes remaneant super cribrum. et sic utere. Et secundum hunc modum preparantur omnes alie gumme similes armoniaco. sicut oppoponacum. sapinum assa fetida

bdellium. z similia,

forma terendi colloquintidam ut non noceat puluis eius pistatori.

Oportet quod in tempore sue contritionis distilles super eam ex oleo ro. parum, aut amigdalino dulci, aut communi, aut sisamino, aut alio aliquo quod presto fuerit, nam oleum prohibet eleuationem pulueris eius subtilis z facit preparare pistationem eius, et secundum hunc modum oportet fieri in omnibus cuius pulueris amari timetur eleuatio, sicut est absinthium, agaricum z medicine omnes acute, sicut laureola z turbith, et similia,

Ingenium cribrandi omnes istas species amaras et alias similes.

Ille qui vult euadere amaritudinem sui odoris et custodire ne ventus rapiat puluerem horum que cribrantur oportet quod accipiat circulum bonum ex circulis cribrorum z ponat in eo corium, uel membranum ad modum timpani z cohopiatur. cum eo cribrum quo cribratur species, z sit amplitudo eius pusillum maior circulo cribri. ita quod stricte ingrediatur circulus cribri in circulo 1° et quando cribrauerit species percutiat corium 1° seu cutam cum manu ut descendat inferius puluis qui adhesit ei ad cribrum inferius, et ne in aptione eius aliquid euolet extra, et quando cribrabis species

pone inter cribrum lapidem planum qui habeat pondus circiter ℥ iii. et festinet in cribratione eius quod cribrandum est. et hoc ingenium est valde subtile.

### Forma faciendi sigillum quo sigillantur trocisci.

Accipe frustrum ligni hebani aut buxi aut eboris aut alterius cuiuscumque vis, et sit grossitudo eius mensura duorum digitorum et latitudo trium et longitudo unius palmi. et preparetur forma eius bene. deinde seca ipsum in longitudine eius in duas partes equales, ita quod utriusque tabule sit grossitudo unius digiti. deinde fac ambas facies eius politas leves bene invicem coherentes. deinde sculpe in ambabus faciebus tabularum sculpturas rotundas secundum quantitatem trociscorum quos volueris sigillare sive magnos sive parvos. deinde sculpe in unumquemque circulum nomen trocisci cuiuscumque volueris. scilicet ex quo fuerit factus, ut trociscus rosatus vel trociscus violatus et similia. et sit scriptum opposito modo quoniam trociscus fuerit sigillatus reddatur litera recta. Et qui vult sculpere in una tabula plura nomina trociscorum, oportet quod sigillet in ea diversos trociscos secundum nomina ipsorum unumquemque trociscum in suo nomine. Et qui vult in una tabula solum nomen unius trocisci oportet quod non sigillet in ea nisi illam solam speciem trociscorum. Et quando volueris sigillare cum ea trociscos, oportet quod inungas utramque tabulam cum oleo rosato convenientem illi trocisco sicut trociscos de rosis cum oleo ro. diaui cum oleo violato. et sigilla secundum voluntatem tuam cito. Et hec est forma sigillandi. Sed sunt qui faciunt sigilla brevia secundum hanc formam. Accipe ex ebano vel buxo et fac sigilla rotunda, et sculpe in unoquoque sigillo foveam rotundam cuius grossitudinis est dimidius trocisci vel medius lupinus, et sculpe in una ex tabulis nomen trocisci si vis. et si non vis dimitte planam ut possis ex ea sigillare diversas species trociscorum. Et sunt qui faciunt in hunc modum sigilla multa. Sculpunt in uno quoque sigillo nomen alicuius trocisci et hec est forma eorum. Sed qui vult ut sigillum reddat trociscum secundum certum pondus, oportet quod faciat trociscum unum et ponderet eum recentem secundum quantitatem ponderis quam vult, et prefodiat in sigillo formam trocisci ad mensuram illius. quia pondus eius erit secundum pondus illius.

### Modus colandi potiones et decoctiones. et de figura colatoriorum.

Oportet quod habeas tria colatoria ad colandas potiones et

decoctiones syruporum. primum colatorium sit minus quam secundum, et pannus eius sit rarior. Et secundum sit maius primo, et pannus eius sit spissior quam pannus primi. et tertium sit maius secundo, et sit pannus eius spissior satis. et haec est figura colatoriorum. :—

## Modus clarificandi.

Et ille qui vult clarificare aliquam potionem, vel syrupum, sicut syrupum de radicibus, vel syrupum de ysopo, aut de lapacio, aut quemcumque alium syrupum sicut oximel. et species syruporum et potionum omnium quando erit completa decoctio eorum oportet, quod primo colentur in cribello ex setis: deinde suspende colatoria omnia unum intra aliud. scilicet parvum intra medium, et medium intra maius. deinde ponat in quo folia cifoliorum vel palmarum concussa bene a pulvere, aut de setis equi bene ablutis. et impleat ex eis quasi medietatem colatorii. et sit colatoria distantia ab invicem quantitate trium digitorum. et suspende colatoria in pariete. et suspende sub eis vas ad recipiendum quod colabit, deinde infunde intra colatorium superius potionem coctam, vel id quod volueris colare: et dimitte sic colari per se sine aliquo contactu manus: quia descendet de primo colatorio in secundum et de secundo in tertium et si oportuerit aliquod ex colatoriis a grossicie decoctionis, ita quod non descendat ex aqua aliquid oportet quod effundas quod est in eo et abluas ipsum a grossicie illa, et postea remitte decoctionem in eo. et dimitte donec clarificetur, et fac ita donec descendat tota decoctio. et proiice fecem eius. et utere decoctione clarificata: et qui voluerit facere syrupum ex ea erit maioris iuvamenti et facilior ad potandum.

## Operatio salis allcali. et est salnitrum. qui ingreditur in medicinis multis.

Accipe de herba illa que dicitur allcali. et fac in terra foveam magnam: et imple eam ex herba illa dum est recens. et accende ignem in ea: et quando erit combusta illa quam posuisti pone de aqua super eam et fac ita donec fovea erit plena ex illa herba, et tota herba erit bene combusta et dimitte extingui ignem et infrigidari cinerem, deinde detege quia tu inde invenies salem cineris petrificatum vel coagulatum in magno globo in fundo fovee, quod accipies et franges in frusta et serva necessitati.

## Modus dealbandi salem eundem.

Si volueris dealbare hunc salem accipe ex eo ita

magne sunt et tere et cribra et pone in vase et proiice
sup eum tantum ex aqua qua
coperiatur et supet eu duobus
vel tribus digitis. et misce et
dimitte descendere feces eius
in fundo vasis et subtile sup
stet. deinde clarifica in hunc
modum. Accipe frusta ex filtro
mundo. quorum longitudo sit duorum
palmorum: vel amplius: et la
titudo duorum digitorum: et po
ne caput unum filtri in aqua
et aliud per labium vasis existat
pendens extra. et suppone
parassidem aliam sub filtro
ad recipiendum quod emana
bit ex aqua per filtrum: et dimitte
sic donec distillet aqua tota:
quam pone in olla nova et
pone eam in furno panis et
dimitte per noctem vel amplius.
quia convertetur in salem co
agulatum sicut camphora: et
si non coagulatur una vice
pone pluribus vicibus donec
coaguletur. Et sunt qui po
nunt aquam illam in patella
terrea nova et accendunt
ignem sub ea, et sic coagula
tur et fiunt.

## Modus alius

Accipe de soda et est
ille nigre conglobatus libram. i. et pone
super eam lib. vi. aq. et alii
dicunt lib. iiii. et prepara secundum p
parationem quam dixi. et clari
fica distillando et coagu
la et repone in loco humido
ubi non aproximatur sol.
quia dissolveretur sicut sal
et zucharum: et alii dicunt non,
sed oportet quod ponatur in sole
et non tangatur ab humiditate.
quia reservabitur melius,
et non liquefiet.

## Modus comburendi allzali albificatum.

Accipe ipsum et tere et
comburere secundum disciplinam
quam dixi in comburen
do plumbum in tractatu primo.

## Forma desiccandi radices aristologie longe et affodillorum et est eradiculati et speniez luf. i. spentazie et radicem diptami et est azem shale. et radicem alfesize. i. vitis nigre. et radicem altee et radicem ahallziam. et radicem buglosse, et meu, et indicam fu et sathirionum et seracul. i. sigilli salomonis, et radicem mori celsi. et alias radices similes hiis speciebus.

Oportet quod laventur
eadem die qua effo
diuntur, ita bene quod mun
dentur a terra et luto que ad
herent eis. deinde incide in
frustra parva, et fige in eis filum,
et deinde inter utrumque frustum
ne se contingant. et expone
vento in loco ubi ventus fre
quenter sufflet, vel si est tempus
suspende ad fumum donec sic
centur et parva vitium

## Modus colligendi herbas medicinales et tempus repositionis earum.

Oportet quod herbe colligantur
in tempore sereno claro

non uentoso. Et non oportet quod colligantur nisi in fine bonitatis earum, et suo tempore et non quando iam sunt consumpte uetustate: uel propter aliquam infirmitatem earum. Et herbe que colliguntur in terris montuosis et duris sunt fortioris uirtutis quam ille que colliguntur in uallibus et terra pingui, et uiridariis et hortis. Et oportet ut eligas ex herbis que sunt magis ramose, et que sunt complete cum seminibus suis sicut debent esse sicut sticados arabicum et mesfamethasir, id est nictastrum, et hasach, id est tribulus marinus, et ysopus et similia. Et flores oportet colligi antequam cadant sicut flos alchanem, id est cotula fetida et camomille, et viole et zambac, id est yesemin et similia. Sed tempus colligendi fructus est quando sunt bene maturi sicut uua, ficus et dactili, pira, pruna et similia. Et semina oportet colligi quando incipiunt siccari et cadere, et antequam cadat super ea aqua que ea destruat. Et tempus colligendi radices et ramos et cortices est quando incipiunt cadere folia earum.

## Forma exprimendi succos plantarum.

Oportet quod succi plantarum ex foliis et ramis earum exprimantur dum sunt adhuc tenere, sicut menthe, gariofilate, sempiuiua, succus ypoquistidos, absinthii et similium. Et oportet quod vulneretur planta seu arbor quando uolueris accipere lac eius, uel lacrimam donec uiget adhuc in terra non postquam est euulsa: sicut cum uolueris facere opium, euforbium et similia.

## Modus desiccandi herbas.

Generaliter scire debes, quod radices et folia et rami non debent desiccari antequam sint abluta a terra: et a sordibus eorum: et quod desiccentur in loco ubi non sint humiditates.

## Modus repositionis herbarum, et florum, et seminum et aliorum ad seruandum.

Oportet quod reponas flores herbarum medicinalium in capsis ex ligno. Et semina stringantur in sacculis ex corio, uel panno quia iuuat ea ad meliorem conseruationem, et hoc secundum sententiam dyascoridis. Et repositio rerum humidarum sicut sunt succi, et gumme liquide et confectiones et similia debent esse in uasis grossis de uitro uel de terra uitreata, uel de argento uel cornu et similibus. Sed medicine molles: que sunt conuenientes medicinis oculi debent reponi in uasis eneis. Sed unguenta in quibus ingrediuntur pix uel alkitran et acetum, oportet quod reponas in uasis eneis. Et pinguedines et cerebella: et omne pingue, oportet reponi in uasis factis ex stagno. Et omne quod est ex pulueribus si est puluis yere pigre et similia: oportet reponi in uase stricti orificii: et

opiletur os eius cum cera vel creta ne resolvantur et minuatur virtus eorum. Et oportet quod reponantur rob sicime et citoniorum et malorum et mirti et similia in vase terreo novo: quia terra trahit ad se humiditatem que est in eis: quia magis preservatur a destructione. Et olea debent reponi in vasis vitreis, et os vasorum stringi debet ne destruatur et feteant. Et oportet reponi omnes species aromaticas zebete et gallie. Et omnes species aromaticas ad aromatizandum in vasis aureis vel argenteis deauratis Aut in vasis ex porcellionibus vel ex vitro. Et omne acetosum quod debet servari oportet reponi in vase linito cera vel pice. Et oportet reponi in vase vitreo omne vinum quod habet substantiam equalem: que est signum super durabilitatem eius et super prohibitionem sue corruptionis: et omne vinum cuius substantia est inequalis, cuius signum est super corruptionem eius facilem. Et quod diu non possit servari oportet servari in vase terreo: ut terra exsiccet humiditatem eius superfluam: que est causa sue corruptionis.

## Modus colligendi colloquintidas et exsiccandi eas.

Colloquintide debent colligi in fine mensis septembris: quia tunc sunt in fine bonitatis earum et maturationis. Et oportet quod non colligas ex eis nisi illas quarum color declinat citrinitati. Et quando incipiunt folia earum exsiccari et attenuari, et elige ex eis maiores in quantitate. Et oportet quod non accipias illam que est sola orta in sua arbore: quia ipsa est multum mala et venenosa. Sed modus desiccationis earum est quod custodias eas bene: quia non desiccantur in brevi tempore. Pone ergo eas in sole, et vertere eas qualibet die sepe. Et in nocte pone eas in loco remoto ab omni humiditate. Et custodi bene donec siccentur. Et qui non poterit eas desiccare in sole, quoniam tempus erit fortasse nubilosum, oportet quod impleat fila ex eis infixis et suspendat prope ignem ad fumum ut desiccentur, et cum bene desiccate fuerint, munda eas a cortice suo et a seminibus que sunt in eis et serva medullam earum in sacculo ex corio facto.

## Completus est secundus tractatus. Incipit tractatus 3us de preparatione medicinarum que sumuntur ex animalibus.

## Forma comburendi omnes species conchiliorum.

Oportet qui vult comburere testas conchiliorum quod terantur et ponantur in olla munda: et ponatur olla in furno figuli una nocte: deinde extrahantur si sunt combuste sicut cinis albus bene. Si non autem ponas iterum in furno panis vel in eodem et dimitte donec

sit alba calcinata. ¶ Et sunt
qui ponūt cocleas sup̄ prunas
et exsufflant, et dimittunt
donec fuerit albe et terunt
et ponūt super testam terream
sup̄ carbones et exsufflāt
donec sint albe s̄m uoluntatē
eorum.

### Forma comburendi cortices ouorum.

Oportet quod aspicias
ad illud quod dixi
de conchiliis. et
combure sicut dixi de eis.
quoniam idem est modus.
nec plus. nec minus.

### Forma comburendi cornu ceruorum.

Accipe de cornu ceruino
sicut est: et pone sup̄
prunas. et exsuffla
donec albescat ¶ Et qui uult
comburere s̄m aliam formā.
frangat eum in frusta. et po-
nat in olla, et faciat sicut di-
xi de conchiliis.

### Modus ablutionis eius.

Sed qui uult eum lauare
lauet s̄m disciplinam
quam diximus in ab-
luendo scorias: et utatur eo
in medicinis oculorū quando
currunt ad eos humores: et
ad bothor, et ad grossitiem
palpebrarum ¶ Et qui fiunt
ex eo dentifricium purgat
dentes a sordibus ¶ Et s̄m
hanc formā preparantur om̄s
ungule, et solee.

### Forma comburendi ossa.

Modus eorum est sicut
modus combustionis
coclearum, nec plus
nec minus ¶ Et sunt qui po-
nūt sup̄ prunas et exsufflāt
donec dealbantur.

### Ablutio horum omnium.

Sed ablutio conchiliū
adustorū et corticū
ouorum et cornuū, est
sicut ablutio cadmie, nec
plus, nec minus.

### Forma comburendi setam uel siricū quod administratur in diamusco

Accipe de folliculis
sirici noui qui nondū
pertransierunt annum
unū: et apri et extrahe uermes
mortuos qui sunt in eis: et
purga eos bn̄: et pone in fun-
do olle noue: et pone super
os eius lapidem: et pone ollā
sup̄ ignem: et fac sub ea ignē
leuem, uel pone eam in fur-
no panis: et non oportet ut adu-
rantur: sed solum assentur
ita quod possint teri, et repone,
et utere.

### Forma comburendi lanā.

Laua eam bene. et
pectina cum pectine.
et pone in olla fic-
tili, et combure, sicut combu-
ritur seta ¶ Et sunt qui pec-
tinant cum sua sordicie: et
post lauāt: et faciūt sicut dixi.

### Forma abluendi cinerem lane adhuste.

Accipe cinerē lane et
pone in parassidē.
et infunde sup̄ eam
aquā et misce. et expecta do-
nec clarificetur aqua, et
cinis descendat, et proice
illam aquam: et funde iterum
sup̄ illum aliā aquā: et fiat
ut prius tādiu donec cinis
nō pungat linguā quī gustat:
sed sit stipticus gustui.

postea sicca et serua, et pone in medicinis oculorum.

**Forma comburendi sarta .i. cancros addandum in potu illis quos mordit canis rabidus: et ad dandum ptisicis et emoptoicis.**

Accipe cancros fluuiales uiuos quando sol fuerit in signo arietis .xiiii. die mensis. intelligo lunaris: et pone in attanor, uel in furno panis quousque comburantur et non conuertentur in cinerem/ ¶ Et quidam incendunt attanor cum lignis uitis, et forma est eadem/ Et qui sunt pro ptisicis et emothoycis abscindunt pedes eorum et dentes, et sic comburunt

**Modus comburendi scorpiones ad frangendum lapidem/**

Accipe decem scorpiones uiuos: et pone in olla noua: et luta eam cum pasta aut cum terra: et pone in furno/ et accende ignem in eo cum lignis uitis quousque calefiat, et dimitte ibi ollam die ac nocte. et extrahe. et da cinerem eorum in potu in hora doloris renum qui sunt ex lapide grana .vi. in potu cum syrupo de radicibus quia frangunt lapidem ¶ Et sunt qui ponunt ollam in athanor panis, et dimittunt quinque horis: postea tenuant scorpiones et seruant/.

**Forma comburendi tyros qui administrantur in tyriacha et alios serpentes.**

Accipe serpentes tyrias feminas que sunt rubei coloris et habent caput extensum et uenare eas yeme in locis ubi sunt prope aquas et arbores. et pone in olla noua: et luta os eius cum argilla et pilo. et mitte in furno nocte una/ Accipe ergo de cinere harum et misce in alcofol, aut stibio, et confice cum oleo: et fac emplastrum super scrofulas: quia liquefaciet eas: Et sic oportet comburi serpentes alios: nisi quia debent comburi per amplius spatium: quia ipsi sunt maiores corpore et pinguiores. et operatio eorum in scrophulis est sicut operatio tyrorum.

**Forma comburendi caput tyri statim post abscissionem quod ponitur in alcofol/**

Accipe de capitibus tyri statim post abscissionem eorum absque quod saliantur, et pone in olla fictili uitreata. et inuolue eam pasta, et pone eam super ignem ex prunis: et non oportet quod comburantur/ ita quod fiant sicut carbones/ sed remaneat in eis aliquid humiditatis Ita quod possit teri solum et cribrari/

**Forma comburendi leporem pro illo qui habet lapidem**

Accipe leporem. et decolla, et pone in ollam nouam cum suo corio. et combure donec fiat cinis/ deinde tere cinerem istum, et da ex eo ʒ .i. quia est mirabilis in frangendo lapidem.

**Forma comburendi yricios. et ranulas.**

Comburere sicut dixi de lepore tantum. nec plus, nec minus.

**Forma comburendi yrundines que administratur in egritudinibus gule. siue gutturis.**

Accipe de pullis yrundinum anteq nascatur plume corporis et dt Ga. oz q comburatur cum plumis eorum, z q ponatur sup eos aliquantulum salis, z ponatur in olla noua, z cohopiatur olla et lutetur: et ponatur super prunas, uel in furno panis donec comburentur et sua. et utere quum oportuerit. Et dixit dya. q qui acceperit yrundines cum matre earum, et combusserit in olla et miscuerit cinerem earum cum melle z posuerit in oculo q acuit uisum. Et qui iunxerit cum
iunat z eo brancos, confert tumori gutturis et febri et squinancie. et tumori uue,

**Forma colligendi cantarides. et reponendi eas.**

Oportet q uenerís eas in tempore ueris. et elige ex eis rubeas magnas lenes tactu. et caue anigris et asperis: et habeat uenator in manu sua forficulas de ferro. uel de ligno. z ponat eas cum illis forficibus in uas strictum orificij. deinde pone sup eas oleum ueteris. et suspende in sole pluribus diebus donec putrescant. et utere. Et sunt qui comburunt eas sicut comburunt yrundines. Et dicit dya. q cantarides que generantur in tritico sunt calide. et oz ut ponatur in vase non uitreato. z cooperiatur os uasis cum pano leui. z perforetur fundus olle. z ponatur orificium olle sup fumum aceti fortis bullientis, z dimittatur super fumum illum donec cantarides moriantur. z infige in eis filum lini. z sua: Et fortiores cantarides sunt. que transmutantur in diuersis coloribus. et habent maculas citrinas. et sunt magni corporis longe et plene: et que sunt unius coloris absque q transmutentur ad diuersos colores sunt debilis operationis. Et iste est modus omnium specierum cantaridarum.

**Forma colligendi stercus canis quod administratur in medicinis gutturis.**

Oportet q eligas stercus quod est album, quoniam signum est q fuit ex comestione ossium. et colligatur recens unius diei vel duorum, z fac eum siccari [in sole]: et sua nomine tue

**Forma colligendi sanguinem testudinis aquatice, qui administratur in medicinis uenenorum.**

Accipe testudinem aque, z pone eam resupinam super parassidem: et abscinde caput eius subito: et dimitte egredi sanguinem eius, z quum coagulabitur cooperi parassidem cum cribro ex setis. uel cum pano lini, z expone

soli donec siccetur, et sua.
Et dosis eius quem tyrus
mordebit hominem est
ʒ. iii. cum. ʒ. iii. aceti, et
tercia die detur pondus
ʒ. i. cum. ʒ. v. aceti: que est
cura necessissima,

**Forma colligendi sanguinem animalium qui ponitur in medicinis venenis conferentibus. sicut est sanguis edi, anseris, et similium.**

Opportet ut eligantur animalia huius sana et iugulentur unum post eorum, et pone sanguinem eorum in vase vitreo mundo et exsicca in sole, et sua, et utere,

**Forma accipiendi cerebella avium, que administrantur in medicinis oculis.**

Aviculae quarum cerebella sunt necessaria, ut accipiantur. sunt aviculae que nidificant in domibus. et ex quo veneris eas in autumpno, uel in vere. et decolles eas, et euelle cerebella earum. et pone in vase mundo. et purga a uelaminibus circumdantibus ea, et pone cum eis pro omnibus x. cerebellis vitellum unum oui recentis quod fuit ex gallina que habuerit masculum. et confice simul. et pone in patella super cinerem calidum. et dimitte quousque coaguletur et desiccetur ab humiditate: que est in medicamine. et aufer ab igne, et pone in sole ut desiccetur, aut pone iterum super ignem donec siccetur, et utere in medicinis oculis.

¶ Et sunt qui faciunt hoc medicamen sine vitellis,

¶ Et sunt qui utuntur ita recentibus sicut exhuntur a capitibus post decollationem. Et sunt qui addunt cerebellis et ouis parum mellis, et coagulant super ignem, et suant et utuntur,

**Forma accipiendi fel omnium animalium quadrupedum et uolatilium. et forma reponendi ea,**

Accipe fel dum est recens, et liga os eius, et pone in olla cum aqua bullienti. et dimitte ibi tanto tempore quo posses facere tres passus, et extrahe statim ab aqua, et desicca in loco umbroso non humido, et sua, et utere, Sed fella quibus volumus uti in medicinis oculorum, oportet ligari orificia eorum cum filo lini. et pone in vase vitri, in quo positum est aliquantulum mellis: et ligetur aliud caput fili ori uasis. et suetur necessitati,

**Forma accipiendi coagula omnium animalium**

Accipe coagula animalium dum sunt recenter mortua. s. postquam decollaueris. et inuoluas ea sale, et suspende ad solem, et sua.

**Forma exsiccandi humiditatem de limacis ad ponendum in vnguentis.**

Accipe halzar .i. limaces et statim cum acceperis perfora carnem eius cum cultello acuto, quia exibit ex ea humiditas multa viscosa. que est utilis ad evellendum pilos palpebrarum: et utere in unguentis. que ponuntur in fronte ad prohibendum humores venientes ad oculum.

**Forma accipiendi urinam infantium que ponitur in medicinis acutis.**

Oportet quod colligas urinam infantium in vase pluribus diebus. Et quando colligetur flos eius in fundo vasis residens proiice subtile eius supernatans: et fac ita pluribus diebus donec colligatur satis ex fece eius. et utere ea ita liquida sicut est. vel sicca. et repone, quia est acuta sicut sal armoniacum.

**Forma servandi aquam marinam ne corrumpatur.**

Accipe aquam marinam claram mundam cui nichil sit admixtum ex aqua dulci et repone in vase novo, quia pinguedo eius firmetur. Et sunt qui coquunt eam bene antequam ipsam reponunt.

**Forma faciendi gluten ex coriis boum et pecudum quod ponitur in emplastris crepature hernie.**

Accipe de extremitatibus coriorum boum aut pecudum .i. coria manuum et pedum et capitum, et ablue bene ab omni sorde corium et a terra. et imple ex eis ollam magnam. et cooperi coria cum aqua. et pone ollam in furno panis a principio noctis usque mane: deinde extrahe, et cola: et si aqua coaguletur bene. si non oportet quod iterum ponas in furno panis a principio noctis usque mane: deinde extrahe, et cola aut secunda vice, vel plus donec aqua illa ingrossetur. Et quando erit refrigerata coaguletur, deinde incide in frusta, et dimitte siccari in loco ventoso non humido. vel calido donec fiat sicut vitrum, et serva.

**Modus preparandi adipes et reponendi eas secundum doctrinam diascoridis.**

Accipe de adipe secundum voluntatem tuam, sicut est adeps hyrci vel pecudum seu porcorum et similium. Et accipe de eo qui est magis pinguis, sicut est adeps renum, vel zirbus ventris, et pone in vase. et proiice super eum de aqua pluviali frigida. et frica manibus bene et purifica a sanguine eius et venis et pelliculis. et lava iterum donec mundetur et adhesat. deinde pone in olla nova cuius capacitas sit duplex quantitate sepi: et pone super ipsam aquam. qua cooperiatur: et

pone vas super igne parum
lenem et misce donec dis-
soluatur. Et cum dissolu-
tus fuerit adeps proijce
in vase quod habeat aquam
frigidam: et laua et abster-
ge ollam suam bene. et dimitte
eam siccari ab aqua et li-
quefac iterum adipem: et iterum
proijce super aquam frigi-
dam, et sine infrigidari. et
fac hoc ter. quarta uero ui-
ce dissolue sine aqua: et proijce
in uase quod sit calefactum
cum aqua calida. et collige
quod clarificabitur ex adipe,
et proijce substantiam si
est aliquid. et repone ne-
cessitati. Et secundum hunc mo-
dum preparatur pinguedo
porci et ursi, et aliorum ani-
malium.

Forma preparandi adipem
renum uaccarum.

Accipe ex eo et munda
a sua pellicula: et
ablue cum aqua
marina, et pone in mor-
tario. et tere bene, et proijce
super eum aquam marinam dum
teris et facis hoc sepe, tan-
dem pone in olla fictili.
et super eum proijce aquam
marinam qua coperiatur,
et coque tamdiu quod finiatur
odor naturalis, deinde po-
ne ad omnes libras quatuor
adipis. ℥ iiii. cere et liquefac
simul. Et quando infrigidatum
fuit, accipe superiorem partem
eius, et pone in olla noua,
et expone soli qualibet die
cooperta panno ut albificetur,
et recedat odor eius et fetor.
Et sunt qui ponunt in uase
paruo sicut fit ex cera quando
dealbatur. Sed adeps bo-
uis debet preparari in hanc
formam. primo ablue cum aqua
marina, uel cum aqua et sale
secundum formam supradictam. de-
inde coque cum tanto bono
uino: quantus est adeps: et
quando bullierit duabus ebulli-
tionibus, oportet quod auferas ollam
ab igne, et dimittas adipem
xiiii. horis et si remanserit
in eo de fetore aliquid pone
in alia olla noua. Et sunt
qui abluunt sine sale pro e-
gritudinibus quibus nocet
sal. Et qui preparatur in hunc
modum non est magne albe-
dinis: et sic preparabis adipes
omnes et sepes.

## Modus preparationis adipis anserum et anatis. gallinarum et aliarum auium

Accipe adipes earum
quando recenter fuerint
occisi, et purga bene
a pelliculis suis. et pone in olla
noua terrea, cuius capacitas
sit dupla quantitatis adi-
pis, et cooperi uas. et pone in so-
le calidissimo, et aufer quod
dissoluetur ex adipe, et pone
in alio uase. et fac ita assi-
due ad illud quod clarifica-
tum quod egredietur ex eo do-
nec nichil de eo remaneat
deinde accipe quod clarificatum

fuerit: et repone in loco
frigido: et utere in necessi-
tate, ¶ Et ille qui uult facere
opus cum preparatione, oportet quod
dissoluat eum in olla dupliq
secundum hanc formam ¶ Accipe ol-
lam nouam et pone in ea de
adipe. et hanc ollam pone
intra aliam ollam plenam aqua
et pone ambas super ignem.
et quicquid dissoluetur de
adipe clarificetur in alio ua-
se quousque totus dissoluatur
et repone in loco frigido.
¶ Et sunt qui proiciunt super
eum modicum salis quando
reponunt, quia confert laxi-
tudini que miscetur cum medi-
cinis iuuantibus ad hoc ¶ Et
quod est de eo sine sale con-
fert doloribus matricis. et
ponitur in emplastris: que
ponuntur super oculum et fissu-
ris labiorum et doloribus auris
et asperitati faciei et meliorat
colorem. ¶ Et qui uult ser-
uare sepum anatis uel gal-
line et similium quodcumque horum
uolueris dum est recens,
laua bene et sepe, et cola in
umbra per cribrum, et quod fuit
siccum: pone in panno lini. com-
prime bene et liga cum filo
lini. et suspende in umbra.
et dimitte multis diebus.
et pone in panno nouo, et serua
in umbra ¶ Et sunt qui ponunt
in melle, et reponunt: ut
non corrumpatur sed duret
per amplius tempus. Se-
quitur forma preparandi etc.

Forma meliorandi odorem
horum adipum.

O Dor horum rectificatur sicut
diximus in aliis adi-
pibus, et clarificatur et
reponitur 2°, 3° modo ¶ Et quidam
sunt qui miscent eis ex cera quantum oportet
logiorum tempore seruantur.

Forma preparandi cerebella
animalium et reponendi eas. — medulas.

A Ccipe medulas sicut sunt
recentes, et extrahe ab
ossibus suis et purga fa- — fricando.
ciendo cum manu, et ponendo
aquam frigidam, et laua bene
et cola cum panno, et repone,
¶ Et sunt etiam qui lauant
sic, ponunt in olla dupliq. et
ponunt ollam super ignem. et
dimittunt donec liquefiat
medulla, et colant in alio uase,
deinde accipiunt illud colatum
clarum et reponunt in uase
terreo nouo, Et qui reponunt
sine preparatione, oportet quod faciat
sicut docui facere de adipi-
bus gallinarum, et anserum,

Forma preparandi cerebella
animalium. et reponendi ea,

A Ccipe cerebella sicut
sunt recentia: et e-
uelle a crancis suis,
et purga fricando cum manu,
et aqua frigida: et laua bene
et cola cum panno, et repone,
¶ Et sunt qui lauant sic, et
ponunt in olla dupliq ad ignem
donec liquefiant cerebella,
et colant in aliquo uase
terreo nouo ¶ Et qui uult
reponere sine preparatione faciat
ut docui de sepis gallinarum
et anserum,

Forma faciendi zuchezach — al. zuferata.
idest ysopum humidam,

A Ccipe de lana sucida
et sordida sicut tunditur
et laua in uase aliquo
quousque colligatur de pin-
guedine sua supernatante aqua

satis. postea cola aquam ab ea. et pone pinguedinem in vase eneo. et pone super eam aquam. et bulli parvo igne. et accipe pinguedinem illam colatam. et pone in parasside cum aqua frigida sepe. Et modus abluendi est quod misceas satis cum manu quousque ascendit spuma eius: deinde accipe parum aque maris: et proiice super illam spumam donec quiescat ebullitio. et collige pinguedinem illam mundam: deinde adde super eam aliam aquam. et misce donec ascendat spuma eius. et proiice super eam parum aque marine. et quando generit spuma eius. collige pinguedinem eius que super aquam nataverit: et frica cum manu. et si non videris aliquid ex sorde eius in ea bene. sed si adheret iterum lava secundum hanc disciplinam: et est quod proiicias super eam aquam aliam. et muta aquam sepe donec albescat. Et hoc opus oportet fieri in sole calido. deinde repone et serva. Et sunt qui accipiunt de illa pinguedine. et ponunt in vase quod sit calefactum aqua calida. et ponunt super eum pannum unum grossum. et exponunt soli quousque ingrediatur pinguedo illa bene et albescat. Et ysopus humida bona est quando non habet odorem lane. et qui ponit eam cum aqua frigida in coclea et agitat dealbatur et non reperietur in ea aliqua asperitas nec aliquid coagulatum sicut reperitur in illa que est adulterata cum cera liquefacta cum pice vel cum sepo. Et virtus huius est calida et mollit apostemata dura. et maxime apostemata stomaci et matricis. Et ponitur in multis unguentis et emplastris et adhuc eius est quod ponatur super ignem in olla nova. et dimittatur ibi donec fiat sicut cinis et ingrossetur pinguedo eius. Et sunt qui colligunt fumum eius. et ponunt in medicinis oculorum.

## Modus colligendi stercus infantium quod administratur in medicinis egritudinum oris sicut dixit Galienus in libro almeymir secundum sententiam antiquorum

Faciebat venire pueros ad domum suam. et faciebat eos comedere panem et lupinos. et erat hoc ut plurimum cibus eorum: et accipiebat stercus eorum. et exsiccabat. et utebatur in curationibus apostematum oris. et in apostematibus fraudulentis. nam ungebat exterius cum illo stercore cum melle mixto. et iuvabat iuvamento maximo. et dixit in libro quem posuit in medicinis simplicibus: quod quidam usus fuerat multum isto stercore. Et sepe fuerat expertus iuvamentum magnum. Et non dabat pueris comedere lupinos. nisi ut stercus non haberet tantum fetorem. et dabat pueris comedere

carnes gallinarū ⁊ pullorum
et columbarum. et stercus
eorum faciebat eandē ope-
rationem. nec plus. nec minus/

**Forma coquendi mel cum
aqua ad faciēdū syrupos.**

a ACcipe de melle albo me-
do unius ānī quod ha
beat paucum ardorē
et sit fortis dulcedinis. ⁊
quod nūq̄ tetigit calor
ignis. et pone in olla ter-
rea lati orificij: que assi-
milatur allzarenē. ⁊ pone
in qualibet mensura mellis
decem mēsuras aque clare.
et fac signum in latere olle
usq; ad quem locum peruenit
mel sine aqua. deinde accen-
de ignem suauem sub olla.
et quando mel bullierit
munda a sorde sua cū cacia
donec remaneat mundū
et clarum ⁊ misce contiue cū
pauco igne. et caue ne cō
buratur et destruatur. et
qn̄ mel descenderit prope
signū sue quantitatis quod
fecisti in olla: oz q̄ proijcias
sup eum. v. mensuras aq̄
et continua coctionem eius
⁊ misce absq; intermissione
donec iterum appropin-
quet signo sup mensuram
unius digiti. Et sūt q̄ po-
nūt iterum aliam aquam
ad coquendum amplius
et colant. et reponūt ī ua-
se vitreo. Et oz sic dixit Ga
q̄ coquatur in die claro
sereno quieto ab oī uento.
Et caue ne cadat intus
aliquid sordis ne destruat
mel. et caueatur a fumo
lignorum qn̄ coquitur. q̄r

opportet q̄ ligna sint sicca.
et hic est modus.

**Modus auferendi spumā
mellis et purificandi ipsū/**

b ACcipe ex melle ⁊ poē
in olla noua extra
ui qua p̄rius fecisti
bullire aquā ⁊ proiecisti aut
in uase ereo stagnato ⁊ os
uasis sit latū sicut fundum
eius. et accende ignem sub
eo suauem ⁊ pone in manu
operantis caciam ferream
stagnatam pforatam. et
pone iuxta eum parassidē
cum aqua frigida dulci.
et qn̄ incipiet mel bullire
proijce sup ipsū parū aq̄
frigide/ ⁊ fac bullire donec
liquefiat cera que est in
melle/ ⁊ videbis videas sor-
diciem natantem sup faciē
mellis: deinde aufer spumā
eius cum cacia pforata. et
non submergas manū tuam
ne accipias de melle in despu-
matione/ ⁊ tene manū tuā
ita q̄ apodies manubrium
cacie labio uasis donec de-
scendat mel quod est ī mixtū
spume p foramina cacie ⁊
pone spumam in alia olla ⁊
facias hec quousq; nichil
remaneat de spuma eius. ⁊
caue ne ignis sit nimis fortis/
quoniam mel p nimiam
inundationem ebullitionis
effunderetur extra ollam. quod
si contingeret proijce modicū
aque frigide sup mel ⁊ aufer
subito ignem de sub olla sine
intermissione: et qn̄ quie-
uerit ebullitio pone iterum

ignem sub olla et fac ignem paulatim et aufer residuum spume eius quousque remaneat mel mundum: deinde aufer ab igne, et repone necessitati. Sed qui voluerit facere breviori artificio bulliat mel quousque elevetur cera et sordes eius super faciem mellis, et liquefiat bene totum, deinde auferat ab igne, et misceat totum donec infrigidetur, deinde dimittat quiescere parum, quia tunc poteris colligere de spumam eius, quoniam ipsa colligetur super faciem mellis, deinde reponatur mel quod remanebit mundum, sicut aurum.

## Modus dealbandi ceram.

Accipe de cera quam accepisti ab alveariis, cuius color declinat albedini si potes. et si non accipe de cera munda et meliori et pone in olla nova cum medietate quantitatis eius ex aqua clara munda. et pone super ignem donec liquefiat tota et natet super faciem aque, deinde accipe vas vitri, cuius pars exterior sit levis et madefac ipsum in aqua frigida et submerge unus metiens in cera liquefacta et extrahe cum cera que sibi adheserit, et dimitte infrigidari, et separa ceram illam a vase, quia ipsa est habens formam parassidis, et hoc facias sepe donec totam ceram tali modo extraxeris, deinde pone istas formas in sole pluribus diebus et verte eas sepe ab omni parte donec albescat. et fiat cera alba sicut cerusa. Et sunt qui dealbant eam in tribus diebus in Julio quando sol est in maiori calore, et dixit Dyascorides quod secundum hanc formam possumus dealbare gummi arabicum quando decoquitur in aqua marina donec albescat, et ego fui expertus, et non fuit verum.

## Modus alius dealbandi ceram.

Accipe de cera et coque in aqua donec nigrescat aqua. et proiice aquam illam et pone aliam, et fac ita sepe donec fiat alba. et collige ceram, et fiat.

## Modus faciendi gummi ex marmore.

Accipe de marmore albo et tere tritura grossa et confice cum glutino corii et facias laminas vel tabellas ex eo super petram marmoream planam, et dimitte siccari. Et sunt qui accipiunt de marmore pisto sicut dixi et conficiunt cum terebentina liquefacta super ignem cum igne mediocri et extendunt super tabulam marmoris donec infrigidetur, et hoc est gummi marmoris quod fit cum operatione. verum illud quod asportatur ad nos non vidi qualiter fiat. nec vidi aliquem qui viderit. Et qui pulverizaverit ex eo super vulnera recentia que sunt cum sanguine suo consolidat ea.

nec sinit ea facere saniem · et
est conveniens apostemati
molli / **Modus faciendi azurium.**
a ACcipe viridis eris ℥ ii.
argenti vivi ℥ i. micte
in aceto · et fit azurium.
Alius modus argentum purum
micte in vinacia et sine et
adherebit flos / qui est azurium /
Alius modus. Sume ampullam
de puro cupro / et pone intus
calcem de albo marmore / ita
ut dimidia sit / post acetum
fortissimum adhibe ut plena
sit / et reconde eam cohopertam
in calido loco · scilicet in fimo equino.
et post mensem invenies intus
azurium silicet. valet enim in
picturis lignorum · Alius.
Accipe ollam novam que
numquam in opus fuit / et micte
in eam laminas purissimi ar-
genti quantum vis / et micte bene
ipsam ollam in profundo vin-
demie crecte de torcularibus / et
illuc bene coopertam de ipsa vinde-
mia et bene firma usque ad diem
· 35 · sic aperias ollam ipsam
et illum florem qui est in cir-
cuitu laminarum excuties in mundo
vase / et habebis / et si iterum
ibi eas laminas posueris / iterum
habebis. Alius / accipe ampullam
de purissimo cupro / et imple for-
tissimo aceto / et cohoperi os eius
ne quid humoris vel vaporis
possit exire / addens etiam
si necesse est tenacem terram
vel pastam / et ampullam ita
clausam pone in aliquo ca-
lido loco. aut in terra / aut
in fimo lini / et sic dimicte per

mensem / et aperi ipsam / et quod
intus est ad solem sicca.
Alius. Auricalcum in laminis
productum et rasum cum melle
cocto liniatur ex utraque parte
et fundatur acetum et urina
ambo calida pari mensura,
sic quod cohoperiatur, et post-
dies · xiiii · tollatur, erit co-
lor similis azuro.

**Modus faciendi salem armoniacum /**

a ACcipe lapides qui re-
periuntur in stergliniis
balneorum qui incen-
duntur cum igne sordicies illius
loci · et sunt lapides nigri
qui coagulantur ex virtu-
te salsedinis que est in illa
sorditie / Accipe ergo ex illis
et tere bene et pone in olla am-
plum habente orificium / et pone
super os eius parassidem terream
vitreatam et perfora fundum /
et luta labia olle et parassi-
dis simul. et facias ei furnum
discrete / ita quod olla possit
manere in medio eius / et sit
olla ex terra que possit substinere
magnum ignem / et luta os
furni cum argilla / et accende
ignem sub olla / et aspice
ad foramen quod est in parasside /
Et si vides inde egredi aqueum
vaporem dimicte foramen
apertum sicut est / donec egre-
diatur tota humiditas illa.
et incipiat egredi fumus albus
similis sali armoniaco / et tunc
oportet quod claudas foramen
bene / et augeas ignem tota die /
deinde dimicte furnum infrigidari /

et qn̄ erit infrigidatus detege uas et frange passidem. et aufer salem qui est in ea cum facilitate. et serua.

Modus alius faciendi salem armoniacum.

Alius modus conficiendi salem armoniacum q non est secundum doctrinam huius auctoris, et fit de fuligine fumi. Accipe vrine pueri lb. iii. coque in olla nuda cum quarta parte unius libre salis albi cuiuscumque sit generis et amisce, hec olla igitur supposita bulliat, et dum bullit tamdiu agitetur quod est in ea donec sal in urina dissoluatur, post hec adiunge ei fuliginem quam in testa una positam ex predicta urina et sale infundes. Et si ex vrina aliquid remanserit, fuliginem prius exsiccari permitte, quam iterum ex predicta urina que remansit infunde, Deinceps uero ex eo ollam imple, quam postquam argillaueris, in furno super quatuor pedes pone. et si tres fuerint olle furnus erit rotundus, et erunt olle sicut alatere. i. trepes. quarum una queque super unum stabit pedem alii quieta. Quibus sic paratis uel partis, cohoptoria prius habentia foramina eis suppone, et ex luto opila. et p(re)ter ea inter eas fac limaturam et ex testis et luto et fac quousque ad cohoptoria protrahantur. His autem expletis olle ex toto argillentur foraminibus tamen aptis per que fumus exire valeat. Lutum preterea iuxta te sit semper, ut si aliunde quam per predicta foramina fumum exire contigat statim possit opilari, deinde ei ignem adde paulatim, qui donec fumus niger exierit, paulatim augmentandus erit. Sed postquam albedini appropinquauerit claude foramina, et obserua ne fundatur, et ne fumus infrigidetur. post hec autem per unam horam vehementer fac ignem et sic ignem remoue. et postquam infrigidati fuerint discohopiat. et quod in eis inuentum fuerit totum aduna, et confringe in minuta frusta, et in ollam vnam pone, que in furno super vnum pedem sit posita. et coquatur quod in ea est, vt quod in ollis fuerit coctum fiat, Olla uero post infrigidationem aperiatur, et inuenies in cohoptorio quoddam quod est sicut vnus panis, illud accipe, et reserua et utere eo quando uolueris,

Explicit liber albucasis. qui seruitor nuncupatur. et iste liber est 28. liber azarauii seu illius. 28a particula.

Deo gracias Amen.

# Antidotarium magistri antonii guaynerii artium et medicine doctoris papiensis.

Clistere commune lenitiuum. ℞ malue, matrum uiolarum ana m. i. fiat decoctio in lb. xii. uel xvi. aque. Cassie extracte, mellis, pulueris zuchari ana ʒ vi. olei communis ℥ iii. salis communis triti ʒ ii. misce et fiat clistere: uel loco decoctionis dicte ponatur brodium pulli, uel carnium, dosis dicta erit etiam conueniens.

Clistere lenitiuum et alteratiuum conueniens in febribus magne inflammationis. ℞ matrum uiolarum, malue ana m. i. mercurialis, spinachie, nenufaris ana 3am partem m. i. lactuce uel portulace, uel mercurialis uel virge pastoris uel spinne 4am partem m. i. fiat decoctio in lb. xii. uel xvi. aque usque ad consumptionem 3e partis, de qua colatura ℞ ℥ xii. uel xvi. cassie tracte uel zuchari ana ʒ vi. uel ℥ i. olei uiolati ℥ iii. salis triti ʒ ii. misce.

Clistere lenitiuum et abstersiuum conueniens in febribus colericis et flaticis. ℞ blitis, malue, mercurialis ana m. i. ordei, matrum uiolarum ana 3am partem m. i. fiat decoctio in lb. xii. aque usque ad consumptionem 3e partis, et in fine decoctionis addatur cumulum m. i. et iterum bulliat per unicam ebullitionem, deinde ℞ dicte decoctionis ℥ xii. uel xvi. Cassie, mellis, zuchari rubei ana ʒ vi. uel ℥ i. mellis uiolati ℥ i. olei communis ℥ iii. salis triti ʒ ii. et fiat clistere.

Clistere conueniens apoplesie, subeth, litargie, et paralesi. ℞ centauree minoris, abrotani, calamenti, origani, utriusque saluie scilicet domestice et siluestris ana m. s. scilicet anisi, maratri, scilicet siseleos ana ʒ ii. sticados arabici ʒ iii. pulpe colloquintide uel agarici ʒ ii. cassie ʒ ii. uel ʒ ii. s. fiat decoctio in sufficienti quantitate aque ad consumptionem 3e partis, de qua ℞ ℥ xii. uel xvi. yerepigre ʒ vi. salis gemme ʒ i. s. misce et fiat clistere. Etiam posset addi ℥ ii. uel iii. olei de castoreo, et erit melius et fortius.

Clistere conueniens paliticis. ℞ saluie, ruthe, sticados, malue, mercurialis, centauree, furfuris, camomille ana 3am partem m. i. fiat decoctio in aqua sufficienti usque ad consumptionem 3e partis, de qua post colaturam ℞ ℥ 16. uel 12. yere pigre uel benedicte simplicis, uel yeralogodion ℥ s. cassie ℥ i. mellis ro. co. ℥ s. uel ʒ vi. olei communis uel camomille ℥ iii. salis communis triti ʒ ii. potest et addi ad dictam decoctionem scilicet anisi, feniculi, cimini etc., et tunc erit fortius.

Clistere carminatiuum uentositatis. ℞ scilicet anisi, feniculi, aneti, carui, cimini, florum camomille, mellilot ana ℥ s. fol. rute m. s. furfuris m. s. fiat decoctio usque ad consumptionem 3e partis, uel medietatis, de qua colatura ℞ ℥ xii. uel xvi. mellis ro. cassie, mellis, yerepigre uel benedicte ana m. s. olei rute uel aneti, uel camomille ℥ iii. salis triti ʒ ii. misce et calidum imponatur. Possunt etiam addi ista et fiet fortius scilicet bacce lauri, amеos, centauree minoris, castorei, polipodii, seis

lini se. feni. origani calamenti etc.

¶ Clistere lauatiuum. ℞ decoctionis ordei ʒ. 12. vel. xvi. zuchari ru. ʒ. ß. vel. ʒ. i. vitella ouorum recentium numero. 12. misce omnia incorporando. et mictatur per clistere.

¶ Clistere lauatiuum et abstersiuum conueniens in fluxibus. ℞ aque decoctionis ordei. ʒ. xii. vel. 16. pulueris zuchari, mellis ro. co. ana ʒ. ß. vitella ouorum recentium. ii. olei violarum. ʒ. ii. misce omnia bene incorporando et fiat clistere.

¶ Clistere constrictiuum et consolidatiuum conueniens in fluxibus. ℞ plantaginis. ʒ. i. ros. siccarum, gallarum, mirtillorum, sumach ana ʒ. ß. fiat decoctio in sufficienti quantitate aque pluuialis, vel aque extinctionis calibis usque ad consumptionem 3e partis, de qua colatura ℞ ʒ. xii. vel. 16. et in ea dissolue sepe vrinum ʒ. i. succi plantaginis. ʒ. ii. et addantur infrascripti pulueres, ℞ gummi arabici, terre sigillate boli armeni ana ʒ. i. pulverizentur et addantur.

¶ Clistere confortatiuum abstersiuum et irritatiuum appetitus. ℞ vini albi odoriferi. ʒ. viii. vrine puerilis. ʒ. iiii. vel. vi. mellis colati et dispumati. ʒ. iiii. salis communis. ʒ. ii. olei communis. ʒ. iii. misce et fiat clistere.

## De decoctionibus.

Decoctio pectoralis. ℞ passularum enucleatarum, liquiritie munde ana ʒ. i. tamarindorum, mundatum radicum yreos yrepi ana ʒ. ß. ordei ʒ. ii. se. fenugreci. ʒ. i. capil. ve. ʒ. ß. aque pluuialis vel fluuialis ℔. iiii. bulliant simul usque ad consumptionem medietatis et cola usque ad tempus necessitatis.

¶ Decoctio communis. ℞ ordei. ʒ. iiii. prunorum damascenorum numero xii. liquiritie munde, tamarindorum passul. enucleatarum ana ʒ. ß. se. anisi feniculi ana ʒ. ii. aque fluuialis vel aque fontis ℔. iiii. bulliant lento igne usque ad consumptionem medietatis etc. Com.

¶ Decoctio purgans et digerens melancoliam. ℞ prunorum damascenorum numero. 12. tamarindorum ʒ. ß. florum violarum. ʒ. ii. se. co. frigidorum excorticatorum. ʒ. i. ordei. ʒ. i. ß. fiat decoctio in ℔. iiii. aque. et cola.

¶ Decoctio purgans et digerens flegma. ℞ radicis feniculi et petrosilini ana ʒ. ß. radicis yreos yrepi ana ʒ. ii. capil. ve. ʒ. ß. mellis. ʒ. ii. fiat decoctio in ℔. iiii. aque fluuialis vel fontis usque ad consumptionem medietatis.

¶ Decoctio purgans et digerens melancoliam. ℞ florum boraginis et buglosse ana ʒ. ß. passularum enucleatarum corticum radicum caparum corticum tamarisci scolopendrie polipodii ana ʒ. ii. se. anisi feniculi cuscute ana ʒ. iii. fiat decoctio in ℔. iiii. aque usque ad consumptionem medietatis, et cola, et utere.

¶ Decoctio purgans et digerens coleram et flegma simul. ℞ prunorum damascenorum numero. x. radicis feniculi. ʒ. ii. capil. ve. ʒ. ß. quatuor se. frigidorum et excorticatorum. ʒ. ß. ordei mundi. ʒ. i. fiat decoctio in ℔. iiii. aque usque ad medietatis consumptionem.

¶ Decoctio purgans et digerens melancoliam et coleram simul. ℞

prunorum damascenorum tamarindorum
florum boraginis bugl. violarum ana
ʒ. s. se. anisi feniculi ana ʒ. ii. cus-
cute ʒ. i. s. ordei ʒ. s. fiat decoctio
in lb. iii. aque fluvialis vel pluvie
usque ad consumptionem medieta-
tis et fiat.

Decoctio purgans et digerens
flegma et melancoliam simul. ℞ florum bora-
ginis et buglosse ana ʒ. s. radicis fe-
niculi petrosil. yreos ysopi ana
ʒ. iii. se. ani. fen. ana ʒ ii. cortic.
radicis caparum ʒ. i. s. capil. ve.
ʒ. s. fiat decoctio in lb. iii. aque
usque ad medietatis consumptionem.

Decoctio carminativa ℞
anisi feniculi carui cimini aneti
ameos ruthe ana ʒ. s. fiat decoc.
in lb. iii. aque usque ad consumptionem
medietatis et fiat. posset etiam
addi pro clisteribus de floribus ca-
momille sticados arabici et meli-
loti et sic erit decoctio notabiliter
carminativa. Rubrica de me-
dicinis minorativis.

Minorativum commune in forma
liquida ℞ medulle cas-
sie fistule electe et noviter
extracte ʒ. i. vel ʒ. x. vel loco
cassie pone mannam in eadem dosi
et cum decoctione communi fiat potio que
administretur summo mane. Et
nota quod post medicinas minora-
tivas debiles non convenit longa
dormitio, ne virtus ipsius corrum-
patur et sua in eius nutrimentum
convertatur, ut patet intelligenti.

Minorativum commune in forma
boli ℞ cassie electe et tapellate
ʒ. i. vel ʒ. x. cum zucaro fiat
bolus et sume ut supra.

Minorativum colere in forma
liquida ℞ diaprunis non soluti
cassie electe et noviter extracte
succi ros. ana ʒ. s. misce cum decoc.
purgante colera fiat potio, cui
addatur syrupi violarum ʒ. i. et
detur in potu.

Minorativum flatis in forma
liquida ℞ cassie electe et noviter
extracte ʒ. i. electuarii indi ma-
ioris ʒ. ii. misce cum decoctione
purgante et digerente flegma, cui
addatur mellis ro. colati syrupi
vio. ana ʒ. s. et in potu tribuatur.

Minorativum melancolie ℞ medulle
cassie electe et noviter extracte
diaprunis non soluti ana ʒ. s.
diasinicomis ʒ. ii. cum decoctione
purgante et digerente melanc.
et fiat potio, et tribuatur, potest
etiam addi ʒ. i. syrupi violarum.

Minorativum colere et flatis
simul ℞ cassie noviter extracte
diaprunis non soluti ana ʒ. s.
diasinicomis ʒ. ii. misce cum
decoctione purgante et dige-
rente coleram et flegma simul fiat po-
tio, cui addatur syrupi violarum
mellis ro. co. ana ʒ. s. da ut
supra.

Minorativum flatis et melancolie simul
℞ cassie noviter extracte ʒ. i.
electuarii indi maioris confectio-
nis ameth ana ʒ. i. boni ponderis
cum decoctione purgante et di-
gerente flegma et melancoliam simul fiat potio,
cui addatur mellis ro. colati
syrupi violarum ana ʒ. s.

Minorativum colere et melancolie
simul ℞ cassie noviter extracte
ʒ. i. confectionis amet ʒ. ii.
electuarii de succo ros. ʒ. i. fi-
at potio cum decoctione pur-
gante et digerente coleram et
melanc. simul. cui addatur syr. vio. ʒ. i.

De digestivis humorum et primo de colera.

Digestiva colere simplicia

sunt endiuia rosa portulaca
cucurbita lactuca mercurialis
viol. semperuiua, solatrum uir-
ga pastoris vmbilicus vene-
ris et silr aq eorū distillate,
¶ Composita syrupus aceto-
sus simplex, syrupus de endi.
syrupus uiol. syrupus de gra-
natis syrupus de acetositate
citri syrupus de iniubis syrup9
de succo acetose syrupus ro. syr9
de nenufare syr9 de agresta.
syr9 de papauere syr9 de pomis
mesue, syr9 de limonibus, oxi-
zachara Julep ro. z viol.
¶ Digestiua flatis simplicia
sunt ysopus saluia betonica pu-
legiū calamentum saturegia sca
biosa, maiorana, capil. ve. mēte,
serpillum, origanū, melissa, peo
nia, mel, et aque eorū,
¶ Composita syrupus aceto-
sus compositus, syrupus de bi-
zanciis, melro. co. oximel simpx
syrupus de ysope syrupus de
sticados, syrupus de liquiricia
syrupus de eupatorio syrup9
de prassio, syrupus de absinthio,
¶ Dige. mlie simplicia sunt
borago. buglossa scolopendria
fumus terre tamariscus calamē-
tum nasturtiū rubee tinctorū
et eorū aq distillate, et decoc-
tiones ¶ Composita syrupus
de fumo terre, syrupus de
epithimo siue syr9 acc. simpl.
syrupus de pomis cōposit9.
quē posuit mesue in ca. de soda
ex humore mlico) circa finem
quare require ibi, De solutiuis
medicinis humorū, z primo colere,
5 S implicia solutiua colere,
sunt reubarbarū. scamonea, mi-
rabolani citrini, cassia fistula.
manna, succus ro. tamarindi aloes,
aq casei ¶ Composita electuariū
de succo rosa, diaprunis solutiuū
diacod cū reubarbaro, electuariū
de psilio, diacassia fistula, con-
fectio de manus christi mesue, yeracosti
syrupus acc. solone educens colera,
pille de reubarbaro, pille auree,
pille agregatiue,
¶ Solutiua simplicia flatis sunt
agaricus. turbit, zebeb, embli
bellerici, colloquintida, euforbium,
esula, aloes, cassia fistula, hermo-
dactili ¶ Composita diafiniconn
electuariū indum mesue, diacod
cum turbith, serhaniabin soloē
educens fla mesue blancha
nico. yerapigra, pille allefan-
gine, pille agregatiue, de aga-
rico, cochie, de yera, auree, fe-
tide, de hermodactilis, lucis, sine
quibus esse nolo, pille stomatice,
¶ Solutiua mlie simplicia sunt
mirabolani indi, lap lazuli, la-
pis armenus, epithimū, polipo-
diū, sene ¶ Composita, confectio
amech diacatoliten solutiuū
mlie serheniabin soloē educens
mliā yerarussini, yeralogo-
dion catarticum imperiale, dia-
catolicon diarapaus, pille inde
de lapide lazuli de lapide ar.
De correctione et preparatione solutiuorum
Reubarbarū corrigitur z
preparatur addendo ei 3a
partem ipsius spicenardi
uel cinamomi uel mastic. sp...

et datur cum aqua casei, uel cum decoctione purgante et digerente coleram: uel alijs decoctionibus et secundum necessitatem. Et quando infunditur debet infundi in aqua endiuie si est in estate et in vino albo odorifero bono in hieme.

Scamonea preparatur si decoquatur in citonio: et corrigitur si detur cum aqua decoctionis mirab. cit. uel mastices, uel citoniorum uel cum zuccaro uiolato, uel cum syrupo rosato. Et nota quod maxime eget preparatione et correctione.

Turbith corrigitur et preparatur si addatur ei 3a pars ʒʒ. electi. Et quando administratur datur cum melle ro. colato, uel non colato, uel cum condito vio. uel cum decoctione passul. Et nota quod non debet minus conteri, sed tamen mediocriter, ut patet intelligenti mesue et aliorum dicta.

Agaricus corrigitur et preparatur addendo ei 3am aut quartam partem mellis ʒʒ. uel salis gemme. Et datur cum oximelle squillitico, quia est de maxime uigorantibus et uelocitantibus eius operationem, uel etiam cum melle ro. colato.

Mirabolani corriguntur et preparantur quando conteruntur cum amigdalis dulcibus, aut cum passulis enucleatis, aut cum se. anisi, et spicanardi. Et quando dantur in forma potabili, dantur cum decoctione eorum, uel cum sero caprino spaliis dantur hoc modo Citrini dantur cum decoctione purgante et digerente coleram.

Indi dantur cum decoctione purgante et digerente mlam.

Alij vero kebuli emblici bellirici dantur cum decoctione purgante flegma uel mlam.

Lapis lazuli corrigitur et preparatur si teratur diligentissime super lapidem, uel in mortario lapideo et sic teratur lauetur decies cum aqua ro. Et quando administratur datur cum diaboraginato, uel aqua buglosse et vino odorifero, et similiter cum decoctione purgante mlam.

Sene corrigitur et preparatur si addatur ei tantum ʒʒ. uel sal gemme: Et quando administratur datur cum aqua decoctionis florum boraginis, bugl. gariofil. macis, et cardamomi: et potest etiam decoqui in quantitate magna in brodio carnium uel pulli absque trituratione: et brodium illud operationes suas placide et sine molestia operatur.

Polipodium corrigitur et preparatur cum redolentibus, sicut sunt semen feniculi ʒʒ. cinamomum, ciminum, gar. Et quando administratur datur cum aqua mellis, aut cum aqua decoctionis passularum.

Hermodactilus corrigitur et preparatur cum cimino, mastice. ʒʒ. aut pipere longo. Et quando administratur, datur cum oximelle squillitico, et melle rosato colato.

Colloquintida corrigitur et preparatur cum mastice et gallia. et dragaganto. Et quando administratur datur cum aqua mellis

¶ Modus eius rectificationis secundum mesue est ut inuidatur mi-
nutissime cum incisorio, et
inuoluatur subtile inuolutione
cum glutino dragaganti, a[?]
bdellii, et exsiccetur et conte-
ratur illud ultima contri-
tione et fiant trocisci cum pauco
mastice resoluti in oleo ro[sato] vel
cum laudano, uel cum aqua mel-
lis, Et d[icit] Et scias quod de decoc-
tione rem completam substinet.
¶ Euforbium corrigitur et
preparatur si iuncta cum oleo a-
migdalino inter frustra eius
inuoluatur in pasta et decoquatur.
Et corrigitur si addatur ei
mastix et spice ana secundum quan-
titatem suam, Et quando datur
cum aqua mellis detur.
¶ Epithimum corrigitur et
preparatur si addatur ei 3a pars
salis gemme uel salis indi, et
debet incorporari cum oleo amigdalino
dulci. Et quando administratur da-
tur cum decoctione mirab[olanorum] indorum
mellis et passulis. Et nota quod
magnam non substinet decoc-
tionem: sed parum debet decoqui.
Sequitur de dosibus medicinarum
solutiuarum et primo colere.
R Eubarbarum dosis est
secundum mesue in substantia a ʒ i.
usque ad iii. Et in in-
fusione a ʒ ii usque ad ʒ x.
Communis autem dosis in substantia secundum
alios est a ʒ ii usque ad ʒ iii.
per se. Et in infusione a ʒ iii
usque ad viii. ¶ Nota quod doses
dicte et aliorum sequentium solutiuorum
conueniunt sunt si unum quodque so-
lutiuum detur per se et sine permix-
tione aliorum solutiuorum, Si autem
permisceretur solutiua considera-
de sunt ipsorum doses, siue debi-
les, mediocres uel fortes sunt
et ceteris paribus quantum addatur
de uno, tantum diminuatur
de reliquo et sic surgit dosis
alia communis que ex parte aggre-
gati nichil tamen differt a prima
bene considerant.
¶ Scamonee secundum mesue per se
dosis est a g[ranis] v. usque ad. xii.
¶ Mirabolani citrini secundum me-
sue in substantia dosis est a ʒ ii. usque
ad. v. Et infusorum a ʒ v. usque
ad xx. ut dicit liber meus.
Sed reperi in alio et forte si-
militer dicere dosis est in infusorum
a ʒ v. usque ad x.
¶ Cassie fistule per se dosis com[munis]
est a ʒ vi. usque ad ʒ i s[emis]. Et
secundum alios ab ʒ i. usque ad ii. Et
ipsa quidem mirabiliter operatur
quando datur cum aqua casei, ut
ait mesue ca[pitulo] proprio.
¶ Manne dosis est secundum mesue
a ʒ vi. usque ad. xv. et secundum alios
sicut cassie.
¶ Succi ros[arum] secundum mesue cap[itul]o
de ros[is], dosis est ʒ i. cum aq[ua]
casei et spica modica et in
fine capituli dicit dosis po-
tionis succi ro[sarum] est ab ʒ i. usque
ad ii. cum zucaro. Et potio sili-
facta cum succo ros[arum] earum est
ab ʒ ii usque ad. v.
¶ Tamarindorum secundum mesue
dosis est a ʒ iii. usque ad. v. Et

nota

sm alios in decoctione sumit eiusdem dosis cu cassia et manna/

¶ Aloes sm mesue dosis est ab aur. s. usqz ad. ʒ. ii + ℈ + in infusione ab aur. j. usqz ad. iij.

¶ Anq ad dos compositor solutiuorum ulterius procedat q primu ponendus est modus ad inueniendum dos composit ut si receptas aliquas in ipsis error sit ipas ad auctas discere et corrigere ualeas ¶ Modus aut talis est ¶ Accipiatur quod uis compositum solutiuum et consideretur quantitas solutiuor simplicium intrancium et silr non solutiuoru per se ¶ Quo facto diuides solutiua sm dosim conueniencium inter se. verbigratia si sunt duo solutiua uel tria eiusdem dosis agrega per se, et sic fac de aliis, tunc inde dos comis agregati compositi solutiuor surgit per qua dos postea agregatum solutiuor et silr agregatu non solutiuor, et tunc surget dos uera non fallibilis, ut manifeste patet

Modus.

¶ Si aut uis scire quantum uadit de quolibet solutiuo pro qualibet dimde quodlibet solutiuu in tot partes omniz solutiuorum et quelibet pars tibi dicet quantum illius solutiui eius pars est intrat, et in qualibet dosi ut p3 considerati/

¶ Elu de succo rosar sz mesue dosis est. ʒ. v. Et sm nicolaum dosis est quantitas castanee in matutinali hora.

¶ Diaprunis non solutiui sm nicolaum est quantitas castanee. Et quemens dosis est ab ʒ. s. usqz ad. j.

¶ Diaprunis solutiui com dosis est a ʒ. ii. usqz ad. ʒ. s.

¶ Syrupi acetosi solutione educentis colera dosis potest esse ab ʒ. s. usqz ad ʒ. j. s. licet mesue neqz nico. nichil dicant de eius dosi,

¶ Diarenbarbari sm nico. dos est. ʒ. iii. uel. ʒ. j. s. Et forte melius dicere ut credo. ʒ. iii. uel. ʒ. j. s. Et datur cu apozimate de aniso.

¶ Electuariu de psilio sm mesue dosis est a ʒ. iii. usqz ad. ʒ. iiij. s.

¶ Diacassiafistula dosis est ab ʒ. j. usqz ad. ʒ. j. s.

¶ Confectio deramedsem mesue dato q ipe no ponat dosis tamen pot esse ab ʒ. s. usqz ad ʒ. vi. uel. ʒ. j.

¶ Yeracost sm mesue dosis est a ʒ. j. usqz ad. ii. in estate,

¶ pillarum de reubarbaro sm mesue dosis est. ʒ. ii. cum aqua casei calida in sero.

¶ pillar aurear dos e ʒ. j. usqz ad. ʒ. iiij

¶ diacitoniten solutiui cole dos e a ʒ. ii. usqz ad. ʒ. s.

de dosibus solutiuis flauis.

¶ Agarici sm mesue in subam dosis est a ʒ. j. usqz ad. ʒ. ii. in decoctione uel in infusione a ʒ. ii. usqz ad ʒ. v.

¶ Turbith sm mesue, dosis eius trici est a ʒ. j. usqz ad. ʒ. ii. Et etiam decocti potio eius a ʒ. ii.

usq3 ad. iiij.

¶ Mirab. kebu. in sba dosis est a. ʒ. ij. usq3 ad. ʒ. s. Sed in infusione ab. ʒ. s. usq3 ad. ʒ. i. ʒ. ij.

¶ Mirab. embl. s'm mesue in sba dosis est ab aur. ij. usq3 ad. iiij. Et in infusione ab aur. iij. usq3 ad. vj.

¶ bellicor. dosis est sic emblicos et cit. ut alij dicunt.

¶ Colloquintide s'm mesue est a kirat. vj. usq3 ad. x. Et qui in primis eam timeant frigus.

¶ Euforbij s'm mesue dosis est a kirat. iiij. s'm alios dos est a q. iiij. usq3 ad. xij.

¶ hermodactil' s'm mesue dos est ab aur. i. usq3 ad aur. ij.

¶ Esule dosis est a. ʒ. s. usq3 ad. i. s.

De compositis.

De cõposit.

¶ Diasinicon s'm mesue dos est ab aur. iij. usq3 ad. vj. et s'z alios dosis ē ab. ʒ. s. usq3 ad. i.

¶ Electuarij indi s'm mesue dosis est ab aur. iij. et s'm alios ab. ʒ. s. usq3 ad. ʒ. v.

¶ Diarob cũ turbit' dos ē

¶ blanche nico. s'm ip'm dosis est quantitas castanee. Et s'z alios dosis ē a. ʒ ij. usq3 ad. iiij.

¶ Sechaniabin solõe educens flã dosis est ab. ʒ. i. usq3 ad ʒ. i. s.

¶ Benedicte s'm nico. dosis ē ad modũ castanee: et s'm alios dosis ē ab. ʒ. s. usq3 ad. i.

¶ yerepigre galieni s'm nico. in potu dos ē ʒ. iij. Et s'm alios dosis est ab. ʒ. s. usq3 ad. i. et maxime pro difterentiis

¶ pillarum allefaginarum cõis dosis est. ʒ. i. vel. ʒ. iij. usq3 ad. ʒ. ij.

¶ pillar. agregatiuar. s'm mes. dosis est a. ʒ. ij. usq3 ad aur. iiij.

¶ pillar. de agarico s'm antidotarium magnum dos est a. ʒ. i. usq3 ad. ʒ. ij.

¶ pillar. cochiarum dosis est a. ʒ. i. usq3 ad. ʒ. ij.

¶ pillar. aurear. dosis ē a ʒ. i. usq3 ad. ʒ. iiij.

¶ pillar. de hermodactilis s'm mesue dosis est ʒ. ij. Et cõis dosis est ʒ. i. usq3 ad. ʒ. iiij. vel ʒ. ij.

¶ pillar. lucis s'm mesue dos ē a. ʒ. ij. usq3 ad. iij. Cõis dos ē a. ʒ. i. usq3 ad. ij.

¶ pille sine quibus esse nolo s'z nicolaum dosis ē pille. xij. vel xiij. s'm quod d'r in antidotario magno. Cõis dosis ē a. ʒ. i. usq3 ad. ij.

¶ pill. stomaticar. s'm mesue dosis ē a. ʒ. ij. usq3 ad. ʒ. iij.

De dosibus solutiuis mediciẽ

De dos... mediẽ...

¶ Mirabelanorum indor. s'm mesue dosis est sicut kebul'. et est in sba a. ʒ. ij. usq3 ad. iiij. Et in Infusione a. ʒ. iiij. usq3 ad. x.

¶ Lapis lazuli vel stellati ablui s'm mesue dosis ē a. ʒ. i. usq3 ad. ij. s. Non loti vero a. ʒ. s. usq3 ad i. Et non debet applicari nisi lotus.

¶ Lapis armenus s'm mesue non lotus dosis est a. ʒ. s. usq3 ad. i. Et loti a. ʒ. i. usq3 ad. ʒ. ij.

¶ Epithimum s'm mesue dos potio eius in decoctione est a. ʒ. v. usq3 ad. xx. Et puluis eius a. ʒ. iij. usq3 ad. vij. Et non accipiatur in estate.

¶ polipodij s'm mesue dosis

e a ʒ ii usque ad aur. iii.

Sene secundum mesue infusio est et potio ab aur. iii usque ad ʒ i. Et pulveris eius secundum alios a ʒ ii usque ad ʒ ii. Composita

Composita

Confectio amech secundum mesue dosis e a ʒ ii usque ad aur. ii. Et secundum alios a ʒ ii usque ad ʒ s.

Diacitoniten solutivum mire dosis est ab aur. i usque ad ii.

Sechaniabin solutione e durens iuliam dosis est ab ʒ i usque ad ʒ i s vel ii.

Yera ruffini secundum nicolaum in antidotario magno dosis est quantitas castanee cum aqua calida, et detur de sero.

Yeralogodion secundum nicolaum in dicto antidotario dosis est quantitas castanee cum aqua calida, et datur mane et sero.

Catarticum imperiale secundum nico. in dicto antidotario dosis est quantitas nucis magne, et datur mane vel sero ante vel post cenam.

Diacitoniten secundum nicolaum in dicto antidotario sine lapide lazuli dosis e ʒ s vel plus vel minus secundum qualitatem recipientis. Cum autem in eo ponitur lapis lazuli bene ablutus tunc dosis est minor, ut patet, quia pro qualibet libra ipsius intrat ʒ ii lapidis lazuli abluti secundum antidotarium magnum.

Pillularum indarum descriptione haly quas ponit mesue dosis est a ʒ ii usque ad aur. ii. Et dantur cum aqua casei et sunt sane et experte.

Pillularum de lapide lazuli secundum mesue, dosis e ʒ ii cum aqua casei.

Pillularum de lapide armeno secundum mesue dosis e ʒ ii vel iii sup.

Pille de fumo terre dosis est a ʒ iii usque ad ʒ ii.

Medicine magistrales composite solutive colere

Potio reubarbari infusi. Rx reubarbari boni et electi ʒ iii vel ʒ ii. spice ʒ s vel i. Infundantur minutissime cum pistello, deinde infundantur per horas vi in ʒ i s vini albi boni et odoriferi si est in hyeme, Si in estate iii ʒ i s aque endivie, postea fiat fortis expressio, In qua dissolve electuarii de succo ros. ʒ ii vel iii usque ad ʒ iii s cassie electe noviter extracte ʒ vi., vel loco cassie pone diaprunis non solutivi, vel mane in eadem dosi: et cum decoctione purgante coleram fiat potio, cui addatur syrupi uio. ʒ i., et calida administretur.

Potio reubarbari in substantia. Rx reubarbari ʒ iii vel ʒ ii. spice ʒ s vel ʒ i. plus vel minus secundum considerationem etatis. Spica nardi vel squinanti vel cinamomi ʒ s torrefiant aliquantulum super lamina ferrea calida, deinde subtiliter pulverizentur. Et nota quod talis medicina detur temperata cum aqua plantaginis vel cum aqua extinctionis calibis addendo ʒ i vnine citoniorum, vel syrupi mirtini vel syrupi ro., mirabiliter valet in omni fluxu, in quibus est necesse evacuare, confortare et stipticare. Contra fluxum ventris.

Potio alia in dissinteria. Rx corticis mirab. cit. keb. an. ʒ i s terantur grossomodo: et cum ʒ 8 aque plantaginis fiat decoctio usque ad consumptionem. Potio in disinteria

medicetatis, cum qua dissolu[m]
reubarbari boni et electi .ʒ. ij.
torrefacti et pulverizati sy-
nanti .ʒ. j. mine citoniorum de
zuccaro .ʒ. j. et tepida summo
administretur mane.

¶ Potio alia familiaris
et usitata. ℞ cassie electe et
noviter extracte .ʒ. vj. vel lo-
co cassie pone manam, vel
diaprunis non solutivi secundum
dosim dictam electuarij de succo
rosarum. vel diaprunis solutivi
.ʒ. iij. vel .ʒ. iij. s. Et cum decoc-
tione purgante coleram fiat
potio, cui addatur syrupi vio.
ʒ. j.

¶ Potio mirab. cit. ʒ. ij. vel
ʒ. ij. s. spice .ʒ. s. pulverizentur
et infundantur per horas vj. in
ʒ. j. s. decoctionis passularum,
deinde fiat fortis expressio
in qua dissolve electuarij de
succo ros. ʒ. iij. vel ʒ. iij. vel
diaprunis solutivi secundum dosim
dictam. Cassie electe et noviter
extracte .ʒ. vj. vel loco cassie
pone manam cum decoctione
purgante coleram vel cum
sero caprino fiat potio, cui ad-
datur syrupi vio. ʒ. j. et ad-
ministretur ut supra.

¶ Potio alia mirab. in substantia.
℞ mirab. cit. ʒ. iiij. vel ʒ. ij.
spice g. v. torrefiat aliquan-
tulum super lamina ferrea
calida et subtiliter pulverizentur
et cum vino citoniorum ʒ. ij. aque
plantaginis quantum sufficit
fiat potio. Vel loco mine cito-
niorum pone syrupum mirtinum
et loco plantaginis aque pone
aquam extinctionis calibis.
Et illa medicina maxime con-
venit in fluxibus in quibus
in quibus necesse est evacuare confor-
tare et stipticare.

¶ Potio alia mirab. in substantia. ℞
mirab. cit. ʒ. iiij. vel ʒ. ij. spice
g. v. torrefiant aliquantulum
super lamina ferrea calida et
subtiliter pulverizentur, et cum
vino citoniorum ʒ. ij. aque
plantaginis quantum sufficit fiat
potio, vel loco mine citoniorum
pone syrupum mirtinum et loco
plantaginis aque pone a-
quam extinctionis calibis.
Et illa medicina maxime
convenit in fluxibus, in quibus
necesse est evacuare, confortare et
stipticare.

¶ Potio scamonee correcte
i. diagridij et competenter trite
g. viij. vel .x. zuccari ro. julep
ro. ana .ʒ. s. cum decoctione
mirab. cit. zuchari mastices
par. ana. fiat potio et admini-
stretur ubi oportet. ¶ Et nota dato
quod talis medicina non sit usua-
lis est tamen satis graciose solu-
tiva.

¶ Pille de reubarbaro magi-
strales. ℞ reubarbari boni et
electi .ʒ. j. vel .ʒ. iij. spice
g. v. pulverizentur subtiliter
et cum sufficienti quantitate
electuarij de succo ros. fiat
pasta, cui addatur diagridij
g. iiij. et formentur .x. vel .xj.
Et ista est dosis una.

¶ Pille de mirab. citrinis ma-
gistrales. ℞ mirab. citrinorum
vel corticum ipsorum .ʒ. ij. reu-
barbari .ʒ. j. s. spice g. v. pul-
verizentur subtiliter et cum
electuario de succo ro. et pas-
sularum enucleatarum quantitate
sufficienti fiat pasta, cui addatur
diagridij g. iiij. et formentur

pille . ix . vel . xi . et deinde cum aqua casei . et ista est dosis pro una vice tm

**Medicine magistraliter composite educentes flegma**

Potio agarici ex infusione. Rx agarici ʒ . ii . ʒʒ . salis gemme ana ʒ . i . pulverizentur et infundentur per horas . viii . vel . x . in ʒ . i . s . vini albi odoriferi vel in aqua ex aquis digestivis flatis, deinde fiat fortis expressio In qua dissolve cassie electe noviter ʒ . vi . vel loco cassie pone mannam, electuarii indi maioris ʒ . iii . vel . iii . s . consideratis semper etate et complexione etc. Et cum decoctione purgante et digerente flegma fiat potio, cui addatur oximellis squillitici ʒ . i . et detur ut supra,

Potio turbith ex infusione Rx turbith boni et mundati a cortice exteriori ʒ . i . s . vel . ii . ʒʒ boni ʒ . i . terantur et infundantur per horas . viii . in ʒ . i . s vini odoriferi : vel in aqua decoctionis passul. deinde fiat fortis expressio, in qua dissolve medulle cassie electe noviter extracte ʒ . vi . electuarii indi maioris ʒ . iii . cum decoctione purgante flegma fiat potio, cui addatur mellis ro. ʒ . i .

Potio alia agarici turbith mundati ana ʒ . ii . vel . iii . ʒʒ spice ana ʒ . s . pulverizentur et infundantur per horas . viii . vel . x . In ʒ . i . s . vini albi odoriferi, vel in aqua ex aquis digestivis flatis deinde fiat fortis expressio in qua dissolve cassie noviter extracte ʒ . vi . electuarii indi maioris ʒ . iii . vel . iii . s . cum decoctione purgante et digerente flegma fiat potio, Cui addatur oximellis squillitici mellis ro. co. ana ʒ . s .

Potio agarici in substantia Rx agarici boni ʒ . i . vel ʒ . iii . ʒʒ salis gemme ana ʒ . s . pulverizentur, et cum ʒ . iii . indi maioris et ʒ . i . oximellis squillitici fiat pasta, que sic quiescat per horas vi . deinde addatur medulle cassie electe et noviter extracte ʒ . vi . et cum decoctione purgante et digerente flegma fiat potio, cui addatur mellis ro. colati ʒ . s . et administretur

Potio mirab. kebu. vel ebli. ʒ . i . s . agarici vel turbith, indi ʒ . ii . vel . iii . spice ʒʒ vel sal gemme ʒ . s . terantur et infundantur per horas . viii . in ʒ . i . s . vini albi odoriferi in aqua ex aquis digestivis flatis, deinde fortis fiat expressio, in qua dissolve cassie ʒ . vi . electuarii indi maioris ʒ . ii . s . vel iii . Et cum aqua decoctionis passul. vel sero caprino : vel decoctione digerente et purgante flegma fiat potio, cui addatur oximellis squillitici mellis ro. co. ana ʒ . s . et sumatur de mane,

Potio turbith in substantia Rx turbith boni et mundi et mediocriter triti ʒ . i . vel ʒ . iii . ʒʒ ʒ . i . electuarii indi maioris ʒ . iii . et cum decoctione digerente et purgante flegma fiat potio, cui addatur conserve vio. ʒ . s . mellis ro. colati ʒ . i . Et detur ut supra.

**Medicine magistraliter composite solutive melancolie.**

Potio solvens melancoliam Rx decoctionis purgantis

et digerentis melancoliam ʒ. iiii. epithimi ʒ. ii. bulliant per spacium duorum pater noster et ave maria, deinde coletur et in dicta colatura dissolve cassie noviter extracte ʒ. vi. confectionis amech ʒ. iii. s. vel ʒ. s. syrupi vio. ʒ. i. detur ut supra dictum est.

¶ Potio alia. ℞ cassie noviter extracte ʒ. vi. confectionis amech ʒ. iii. s. vel. iiii. Et cum decoctione purgante et digerente melancoliam, vel cum aqua casei fiat potio, cui addatur syr. vio. ʒ. i. detur ut supra.

¶ Potio alia. ℞ confectionis amech ʒ. ii. lapidis lazuli igniti extincti abluti et preparati debite ʒ. i. diacatholiconis ʒ. s. diaboraginati ʒ. s. vel. i. Cum decoctione purgante et digerente melancoliam fiat potio. Cui addatur syr. vio. ʒ. i. detur ut supra.

¶ Potio eadem in forma boli. ℞ diacatholiconis ʒ. s. confectionis amech ʒ. ii. lapidis lazuli igniti abluti et preparati ʒ. i. diaboraginati ʒ. ii. et cum zucaro fiat bolus, qui de inter pro nobilibus.

¶ Potio alia. ℞ mirabolanorum indorum et electorum videlicet cortices ipsorum ʒ. ii. vel iii. spice ʒ. s. passularum enucleatarum ʒ. i. pistentur omnia simul et infundantur per horas viii in decoctione purgante et digerente melancoliam, deinde fiat fortis expressio in qua dissolve medulle cassie noviter extracte ʒ. vi. confectionis amech ʒ. iii. vel. iiii. et cum decoctione predicta fiat potio, Cui addatur syr. vio. ʒ. i. et detur in mane.

¶ Pille magistrales. ℞ corticum mirabolanorum indorum et electorum ʒ. i. lapidis lazuli vel armeni optime preparati secundum artem ʒ. ii. epithimi ʒ. i. salis indi spice ana gr. iiii. cum diaboraginato et passulis enucleatis ana quantum sufficit et fiat pasta de qua formentur pille, et sumat ante diem. medicine magistrales composite educentes colera[m] fla[gma] sim[ul]

¶ Potio. ℞ reubarbari electi agarici ana ʒ. vel. iii. spice ʒʒ. ana ʒ. s. terantur et infundantur per horas viii in ʒ. i. s. vini albi odoriferi, deinde fiat fortis expressio in qua dissolve cassie vel manne ʒ. vi. diafiniconis ʒ. ii. electuarii de succo ros. ʒ. i. cum decoctione purgante et digerente coleram et fla[gma] simul fiat potio, cui addatur oximellis squillitici syr. vio. ana ʒ. s.

¶ Potio alia. ℞ mirab. citrini agarici turbith ana ʒ. i. spice ʒʒ. ana ʒ. s. terantur mediocriter et infundantur per hor. viii in vini odoriferi subtilis decoctionis passul. ana ʒ. s. deinde fiat fortis expressio in qua dissolve cassie noviter extracte ʒ. vi. vel manne in eadem dosi diafiniconis ʒ. ii. electuarii de succo ros. ʒ. i. s. cum decoctione purgante et digerente fla[gma] et coleram simul fiat potio, cui addatur syr. vio. ʒ. i.

¶ Potio alia. ℞ cassie noviter extracte ʒ. vi. vel loco cassie ponatur mannam diafiniconis electuarii de succo ros. ana ʒ. ii. cum decoctione communi vel purgante et digerente

colera et flã sil. fiat potio, cui addatur syrupi vio. ʒ. i.

Potio alia. ℞ diaprunis non solutivi cassie noviter extracte. ʒ. iii. electuarii inde maioris. ʒ. ii. electuarii de succo ros. ʒ. i. cum decoctioẽ purgante et digerẽte colerã et flã sil. fiat potio, cui addatur syrupi vio. ʒ. i.

Alia medicina in forma boli. ℞ cassie electe et tapellate. ʒ. vi. diafinicois. ʒ. ii. electuarii de succo ro. ʒ. i. vel. ii. et cum zuccaro fiat bolus, qui pro nobilibus decarnetur et detur in mane.

Pille magistrales. ℞ reubarbari electi agarici añ. ʒ. ß. vel. ℈. ii. spice salis gême añ. g. iiii. pulverizentur et impastentur cum oximelle squillitico quantum sufficit pro forma paste, cui addatur diagridii. ℈. iii. et formentur pille. vii. vel. xi. et sumatur cũ aq̃ casei.

Medicine magistraliter cõposite evacuantes coleram et melancoliam sil.

Potio laudabilis. ℞ reubarb. ʒ. ii. spice ℈. i. scindantur minutissime et terantur in mortario, deinde infundantur per horas. viii. in ʒ. i. ß. vini albi odoriferi calidi: deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue ʒ. vi. confectionis ameth. ʒ. iii. electuarii de succo ro. ʒ. i. et cum aqua casei et decoctioẽ purgante et digerẽte colerã et melancoliam sil. fiat potio, cui addatur syrupi violati. ʒ. i.

Potio alia. ℞ corticum mirab. cit. et indorum añ. ʒ. i. spice. ℈. i. terantur in mortario et infundantur per horas. viii. in ʒ. i. decoctionis passulatꝫ et ʒ. i. vini albi odoriferi, deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue cassie electe. ʒ. iii. diacatoliconis. ʒ. iii. confectionis ameth ʒ ii. electuarii de succo ros. ʒ. i. cũ aqua casei vel decoctione purgante coleram et melancoliam sil. fiat potio, cui addatur syrupi vio. ʒ. i.

Potio alia. ℞ lapidis lazuli vel lapidis armeni igniti extincti pulverizati et preparati ℈. ii. vel. iii. confectionis ameth ʒ. ii. electuarii de succo ro. ʒ. i. diaprunis non solutivi diaboraginati añ. ʒ. vi. et cũ decoctione purgante et digerẽte coleram et flã sil. fiat potio, cui addatur syrupi vio. ʒ. i. detur mane.

Medicina in forma boli. ℞ cassie electe et tapellate ʒ. vi. confectionis ameth. ʒ. ii. ß. electuarii de succo ro. vel diaprunis solutivi. ʒ. i. ß. et misce cum zuccarõ. et fiat bolus, qui pro nobilibus decarnetur.

Pille magistrales. ℞ reubarbari boni. ℈. ii. spice g. iiii. lapidis lazuli vel armeni extincti et preparati. ʒ. ß. epithimi ℈. ß. sal gême g. iii. scamonee correcte. ʒ. ii. vel. iii. diaboraginati quantum sufficit et fiat pasta, de qua fiant pille. ix. et dentur cũ aqua casei.

Medicine magistraliter composite evacuantes flã et melancoliam sil.

Potio agarici boni et electi mirab. indorum añ. ʒ. i. ʒʒ. spice añ. ℈. ß. terantur mediocriter et infundantur per horas. viii.

in ·ʒ·i· decoctionis passulazum et ·ʒ·ß· aque scabiose, deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue electuarij indi maioris confectionis amech ana ·ʒ·ii· vel loco confectionis amech pone yeram ruffi· et cum decoctione purgante fla· et meliam sil· fiat potio, cui addatur oximellis squillitici syrupi violati ana ·ʒ·ß· et detur per duas horas ante diem,

¶ Potio alia ℞ turbith electi mundati triti mediocriter ·ʒ·ii· lapidis lazuli vel armeni ·ʒ·i· ʒʒ· ʒ·ß· confectionis amech· electuarij indi ana ·ʒ·i· cassie noviter extracte ·ʒ·vi· et cum decoctione purgante et digerente fla· et meliam sil· fiat potio, cui addatur diaboraginati mellis ro· co· ana ·ʒ·ß·

¶ Potio alia ℞ cassie electe noviter extracte ·ʒ·vi· electuarij indi maioris confectionis amech ana ·ʒ·ii· vel loco amech pone yeram ruffi· et cum decoctione digerente et purgante fla· et meliam sil· fiat potio, cui addatur syrupi vio· ʒ·i·

¶ Medicina in forma boli ℞ manne vel cassie electe capellate· ʒ· 6· confectionis amech, electuarij indi maioris ana ·ʒ·ii· et cum zuccaro fiat bolus, et deauretur pro nobilibus,

¶ Medicina alia in forma boli, ℞ agarici boni ·ʒ·i· lapidis lazuli preparati · ʒ·ii· vel ·ʒ·ß· electuarij indi maioris confectionis amech ana · ℈· iiii· diacatolico-nis ·ʒ·ii· ʒʒ· ʒ·ß· misce omnia pulverizando et impastando cum oximelle squillitico et diaboraginato quantum sufficit pro forma paste, de qua fiat bolus qui pro nobilibus deauretur,

¶ Pillule magistrales ℞ yere ruffini lapidis lazuli correcti pulverizati et preparati turbith mundi ana ·ʒ·i· agarici ·ʒ· ·ß· ʒʒ· ℈· iiii· misce omnia impastando cum diaboraginato quantum sufficit pro forma paste et formentur pillule· viii· vel· xi· et accipiantur cum vino odorifero·

Medicine composite magistrales evacuantes coleram fla· et meliam

¶ Potio ℞ corticum mirabolanorum citrinorum kebulorum et indorum ana ·ʒ·ii· spice ·ʒ· ·ß· passul· enucleatarum ·ʒ·ß· pistentur omnia sil· et infundantur per horas· viii· in ·ʒ·i·ß· decoctionis passul· deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue cassie electe noviter extracte diacatholiconis ana ·ʒ·iii· diafiniconis confectionis amech ana ·ʒ· iii· electuarij de succo ro· ʒ·i· cum decoctione communi fiat potio, cui addatur syrupi violati ·ʒ·ß·

¶ Potio alia ℞ reubarbari boni et electi ·ʒ·i· spice ʒʒ· ana ʒ·ß· terantur debite et infundantur per horas· viii· in ·ʒ·i·ß· vini albi odoriferi, deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue cassie noviter extracte diacatholiconis ana ·ʒ·ii· lapidis lazuli igniti et preparati abluti ʒ·ß· diafiniconis electuarij de succo ro· confectionis amech ana ·ʒ·i· et cum decoctione communi fiat potio, cui addatur syrupi vio· diaboraginati ana· ʒ·ß·

¶ Potio alia ℞ diacatholiconis ·ʒ·ß· lapidis lazuli igniti

pulverizati z ppati ʒ. ii. diasinicomis ʒ. ii. electuarii de succo ro. ʒ. i. cum decoctione cui fiat potio, cui addatur diaboragi-nati syrupi mo. an. ʒ. s.

¶ Potio alia ℞ cassie nomitee extracte ʒ. vi. confectionis amech ʒ. ii. diasinicomis electuarii de succo ros. an. ʒ. i. misce et cum aqua caseii fiat potio cui addatur ʒ. i. syr. violati,

¶ Medicina in forma boli. ℞ diacatholiconis ʒ. s. cassie mepellate ʒ. vi. diasinicomis electuarii de succo ros. confectionis amech an. ʒ. iiii. et cum zuccaro fiat bolus qui deauretur pro nobilibus,

¶ Pille magistrales ℞ reubarbari boni et electi agarici electi lapidis lazuli vel armeni prepati an. ʒ. i. diagridii ℥. iiii. salis gemme ℥. iiii. pulverizando pulverizentur et cum oximelle squillitico et diaboraginato an. quantum sufficit, fiat pasta, de qua formentur pille, Medicine simplices respicientes membra et ad illa alia ducentes.

Ad caput, salvia, peonia, maiorana, sticados, et eorum aque distillate, nux muscata, cubebe, folia lauri, balsamus et eius ligni lauratum, thus, muscus, acorus.

¶ Ad pectus scabiosa, capillus veneris, ysopus et earum aq. Liquiricia, yreos, passule, ficus, dactili, viole, amidum, dragagantum, pinee, fenugrecum, iuiube, amigdale, pulmo vulpis, prunia, ordeum, vel zuc. et squilla,

¶ Ad cor buglossa, acetosa, mellissa et aque earum, crocus, ambra, muscus, os de corde cervi, fragmenta lapidum preciosorum

¶ Ad epar endivia, eupatorium, absinthium, nenufar et earum aque, ordei, spica, spodium, santali, squinantum, assarum, cuscute, lactuca, squilla, anisum, feniculus, daucus, cinamomum, se. melonis, cucurbite, citrulli, cucumeris,

¶ Ad splenem scolopendria, tamariscus, rubea tinctorum, calamentum, eupatorium et earum aque, capares et cortices radicis caparum, cortices fraxini, gentiane, sparagus, cuscute, anisi, feniculi, acorus, daucus, assarum, scordeon, squilla

¶ Ad renes et vesicam filopendula, parietaria, pentafilon, millefolium et earum aq., milium solis, quinque radices, alie. s. apii, feniculi, petrosilini, sparagi et brusci et se. earum, cantarides et macedonicum,

¶ Ad matricem arthemisia i. matricaria, savina, calamentum, pulegium, rubea tinctorum et aq. earum: et similiter alie medicine ducentes ad renes et ad vesicam,

¶ Ad iuncturas ss. pix, acorus, oppoponacum, squilla, assa aqua, porri, polium, camedreos, camepiteos, amomum, cordumenum et succus caulium, Medicine solventes et educentes a membris particularibus.

A Capite solventia simplicia

agaricus, aloes, colloquintida,
sene epithimum, euforbium
lapis lazuli, sapinum, sarcolla
oppoponacum, sticados, et squilla.
¶ Composita: pillule de yera
auree lucis, pillule sine quibus
esse nolo, yerapigra, yeralo-
godion, blancha nico., yera
hermetis, yera diacolloquintidos.
¶ A pectore soluentia simplicia:
agaricus, yreos, colloquintida,
ysopus, uolubilis, cassiafistula,
spentazia, aristologia rotun-
da, capillus ueneris, halasce,
alfesera. ¶ Composita: pillule
de agarico, diasene, paulinum
nicolai, electuarium eius.
¶ A stomaco soluentia simpli-
cia: aloes, cassiafistula, manna,
prunia, mirabolani, absinthium, psi-
lium, et etiam omnes medicine
euacuantes ab aliis membris.
¶ Composita: pillule stomatice,
coces, auree, alleffangine, dia-
prunis, diacassiafistula, yeracost,
et similiter alia solutiua ab aliis
membris, ut patet.
¶ Ab epate solutiua simplicia:
reubarbarum, agaricus, mirabolani
citrini, 10. mezereon, absinthium,
fumus terre, eupatorium, yreos,
sapinum, sarcocolla, calamentum
montanum. ¶ Composita: pillule
de reubarbaro, de eupato-
rio, agregatiue, confectio de
reubarbaro, confectio de eu-
patorio, diaprunis, trifera
sarracenica.
¶ A splene solutiua simplicia:
agaricus, epithimum, sene, ele-
borus niger, lapis lazuli, lapis
armenicus, mirabolani indi. ¶ Com-
posita: pillule inde, de lapide
lazuli, de lapide armeno, de fumo
terre, diasene, confectio amech.
¶ A renibus simplicia solutiua:
et auellana, agaricus, turbith,
hermodactili, euforbium, sapinum,
oppoponacum, salgemma. ¶ Com-
posita: pillule de benedicta nico.,
catarticum imperiale, iustinum,
electuarium dulce.
¶ A matrice soluentia simplicia:
colloquintida, agaricus, turbith.
Et similiter nota quod medicine alie
solutiue possunt euacuare a matrice
et similiter ab aliis membris, et hoc
si dantur cum directiuis et ap-
propriatis ad ea membra. ¶ Compo-
sita: pillule fetide, de benedicta,
yere hermetis, benedicta nico.
¶ A iuncturis simplicia solutiua:
hermodactili, turbith, euforbium,
sapinum, agaricus, salgemma, op-
poponacum, diagridium, assarum.
¶ Composita: pillule auree, de her-
modactilis, fetide, de colloquintida,
de sapino, de euforbio, yere her-
metis, de benedicta nico., et alia
cum directiuis appropriatis.

## De medicinis caput calefacientibus.

Simplicia calefacientia ca-
put sunt: saluia, rutha,
maiorana, betonica,
peonia, saturegia, calamentum,
pullegium, serpillum, silermontanum,
camomilla, mellilotum, sticados,
feniculi, aqua eorum, aque uite,
lignum aloes, xilobalsamum, folium
indum, laudanum, folia lauri, me-
legeta, nux muscata, cubeba,
muscus, ambra, squilla. ¶ Co-
posita: syrupus de sticados,
syrupus de acoro, pliris arco-
ticon, aurea alexandrina,
tyriacha fermentata, metridatum,
diacoron, diaolibani, diacastoreum,

potio sancti pauli, paulinum theodoricon empiricum. confectio anacardina, confectio de musco, diambra, aurea confectio, zebuli conditi, gallie muscata.

¶ Embrocatio calefaciens caput. ℞ sticados arabici, maiorane, ruthe, calamenti, camomille, mellilotti, foliorum lauri, origani, betonice ana. m. s. misce et fiat decoctio in sufficienti quantitate aque usque ad consumptionem medietatis. Et quando necesse erit embrocam faciendo dictam decoctionem cadente ab alto supra caput. ¶ post vero dictam embrocationem potest immediate applicari anteriori parte capitis pecia dupla in dicta decoctione infusa: et antequam refrigeretur removeatur ne actuali frigiditate inferat postea nocumentum. ¶ Possunt etiam fieri embrocationes ex oleis calidis vel ex aliquo ex ipsis actu calidis embrocando ut supra ab alto.

¶ Olea calida sunt ista, oleum nardinum, laurinum, de euforbio, de castoreo, de piperibus, de aneto, de sambuco.

¶ Epithima calefaciens et confortans caput et resolvens catarrum descendentem ad membra inferiora. ¶ ℞ vini albi potentis et odoriferi, aque vite ana. ℥. vi. salis communis tritu ℥. i. liquefiat primo sal in dicto vino bulliendo ad ignem: et post ebullitionem addatur aqua vite, et cum opus fuerit in dicta compositione calida balnea peciam lini duplam quam prius expressam applica parti anteriori capitis, et sic reitera bis in die vel plus si est oportunum et rei expressa.

¶ Unguentum calefaciens capitis. ℞ olei nardini, olei de euforbio, olei laurini ana. ℥. i. s. castorei, euforbii, piperis ana. ʒ. i. betonice sicce, ruthe sicce, maiorane sicce, gariophilorum pulverizatorum ana. ʒ. s. muscis gr. vi. pulverizatis omnibus misce, et cum modico cere fiat unguentum.

¶ Emplastrum quod fit ex tiriacha et metridato cum succo mente, expertum est contra dolorem capitis a causa frigida ut dicit mesue capitulo de soda frigida.

¶ Sacculus calefaciens caput. ℞ sticados arabici, mellisse, camomille ana. ℥. s. florum anthos, betonice sicce, salvie sicce, ruthe sicce ana. ℥. ii. pulveris gariophilorum ʒ. i. s. nucis muscate ʒ. s. piperis ʒ. ii. gallie muscate descriptionis mesue gr. vi. vel ʒ. s. terenda mediocriter et infundantur in sacculum de sindone de grana, qui applicetur anteriori parte capitis posset etiam calefieri et aspergi aqua vite et postea applicari et fortius operabitur. ¶ Ubi nota quod predicta localia non debent applicari nisi post debitam purgationem et in statu vel declinatione egritudinis, non autem in principio vel augmento neque ante purgationem, ne virtute sua actuali et virtuali caliditate magis attrahatur de materia ad locum, quare peior erit error priore, ut patet bene considerantibus.

expertum.

emplastrum ex tyriacha

nota bene.

de medicis infrigidantibus caput

Simplicia infrigidantia caput sunt papaver album nenufar lactuca jusquiamus viole rose et aque eorum campho ra opium arcetum folia salicis

Composita sirupus de nenufare de papavere sirup. ro. diapapaver diacodion zuc. ro. zuc. vio. loch de papav. et unguenta et olea frigida ut clare patet

Embrocatio infrigidans caput et prohibens ascensum vaporum calidorum ad caput ipsum. ℞ olei ro. aq. ro. an. ʒ. ii. aceti ʒ. i. s. misce omnia optime agitando donec bene incorporentur deinde pone ad infrigidandum in aqua frigida cum ampulla et deinde erit necesse embrocare anteriore parte capitis faciendo dictam embrocationem cadendo de alto et supponendo peciam balneatam in eadem et sic reitera frequenter Si autem facere vis embrocationem cum succis frigidis potest sic fieri ℞ succi plantaginis succi solatri succi jusquiami vel potes accipere unum ex istis succis vel duos vel plures ad placitum embrocando ut supra et peciam vel stupam balneatam in dictis applicando ut supra a coronali comissura usque ad medium frontis Et similiter possit fieri embrocatio ex oleis frigidis embrocando ut supra

Olea frigida sunt oleum ro. oleum violatum oleum de nenufare oleum de mandragora etc. Et non postponatur quin in dictis embrocationibus addat modicum aceti verbi gratia ʒ. i. s. quia eis dat viam penetrandi Et si iterum magis vis infrigidare et provocare somnum ubi opus si libet ubi sunt vigilie adde dictis embrocationibus modicum de opio vel de succo mandragore Nota tamen quod talia nec alia non debent applicari nisi in ultimis 1. quia alie medicine non conferunt et applicantur etiam semper in principio vel augmento egritudinis et maxime si processerunt sufficientes et debite purgationes ut patet manifeste in tractu

Sacculus infrigidans caput ℞ sandalorum alborum citrinorum et rubeorum an. ʒ. i. s. ros. violarum florum vio. florum nenufaris an. ʒ. ii. s. corall. ru. ʒ. i. camphore ʒ. s. misce pulveriza pulverizanda et fiat sacculus qui quando erit opportunum aspergatur aqua ro. vel nenufaris et applicetur anteriori parte capitis

Unguentum infrigidans caput ℞ olei ro. olei de nenufare an. ʒ. s. succi semperviue succi

solatri sucorum plantaginis ana
ʒ. ii. misce omnia optime in
ampula agitando, deinde ad-
de unguenti populeonis ʒ.
. s. sandalorum rubeorum
alborum et citrinorum ana ʒ. s. flo-
rum nenufaris ʒ. i. campho-
re ʒ. i. tere terenda, miscendo
et cum modico cere fiat unguentum,
addendo aceti ʒ. i. s. et ungan-
tur pars anterior capitis
. i. a comissura coronali in an-
tea. Sed si uis sompnum prouo-
care et fortius infrigidare,
adde dicto unguento opii
gr. iiii. uel plus secundum uirtutem,

De medicinis calefacientibus
pectus et pulmonem.

Simplicia calefacientia
pectus et pulmonem ysopus
prassium, betonica, scabiosa,
capillus ueneris et earum
aque, yreos, liquiritia, passu-
le, ficus, dactili, lilium, enula.
squilla, pentafilon, mel ro. ur-
tica, aristo. ro. ¶ Composita syru-
pus de ysopo, de prassio, de liquiritia
de calamento, diayris, diape-
nidion, diaprassium, diacalamen-
tum, diadragagantum calidum, loch
de pino, loch sanum et expertum,
loch de squilla,

¶ Unguentum ualens contra fri-
giditatem pectoris. ℞ olei
yrini, olei camomillini, olei
amigdalarum dulcium ana ʒ. s. mu-
cillaginis se. fenugreci, mucilla-
ginis se. fenugreci, mucilla-
ginis se. lini ana ʒ. ii. butiri
recentis sine sale ʒ. s. misce et
cum modico cere fiat unguentum
pro unctione pectoris ante
pastum. De infrigidantibus.

¶ Simplicia infrigidantia pectus
et pulmonem sunt uiole, papa-
uer album, sebesten et earum
aque, diadragagantum gu-
mi arabici, amidum, se. papa-
ueris albi, iuiube, mora celsi
¶ Composita syrupus uiolarum,
de iuiubis, de papauere, rubeus
uio. candi, diapapauer, dia-
dragagantum frigidum, dia-
penidion sine speciebus cali-
dis, penidii, oleum uio.

¶ Unguentum ualens contra caliditatem
et siccitatem pectoris. ℞ olei
uio. ʒ. i. olei amigdalarum
dulcium ʒ. s. pinguedinis
galline uel anetis, medule
uituli ana ʒ. iii. mucillaginis
psilii, mucillaginis dragaganti
uel gummi arabici ana ʒ. ii. mi-
sce et cum modico cere fiat unguentum
ante pastum,

¶ Medicine simplices calefaci-
entes cor, melissa, buglossa,
borago, rosmarinus et eorum
aque, crocus, ambra, muscus
cortices se. et folia citri, folium
indum, been al. et ru. enula
campana, doronici, zedoaria
cocta, montalignum aloes
xiloaloes, ozimum, aurum, garuo-
filatum, cinamomum, macis se.
maiorane se. basilicon, nux
muscata. ¶ Composita electu-
arium de gemmis, confectio de
xiloaloes, electuarium letifi-
cans, aromaticum muscatum.
Confectio de citro, pliris arcon-
ticon, cortices citri conditi, dia-
bu, diamarinum, dianthos, gal-
lia muscata, conditum de buglossa,

Epithima cordiale calidum
℞ aquarum melisse buglosse
ana ℥. iiij. gar. ligni aloes
corticum citri macis, muscinum.
ana ℥. ß. se. basiliconis ʒ. i. croci
ʒ. ß. terantur omnia et misce-
antur agitando bene in ampul-
la: et quando erit necesse pecia du-
plam lini infunde et facta ex-
pressione tepidam applica re-
gioni cordis,

Epithima aliud cordiale
calidum ℞ succi melisse succi
buglosse factis primo residentiis
ana ℥. iij. macis ligni aloes mu-
cis muscate ana ʒ. ij. croci. ʒ. ß.
musci ambre ana gr. ij. pulveri-
zentur pulverizanda miscendo
et infundendo peciam et ap-
plicando ut supra,

Unguentum cordiale calidum,
℞ olei de spica olei camomillini
ana ℥. i. ß. vel si vis forcius
facere, pone oleum de croco et oleum
de ben loco dictorum, gar. ligni
aloes corticum citri macis ana
ʒ. i. doronici zedoarie xiloaloes
ozimi foliis indi se. basiliconis
se. maiorane ana ʒ. ß. ambre
croci musci ana gr. ij. gallie musc.
gr. vj. fiat pulvis, miscendo
cum modico cere nove fiat unguentum
Cum quo inungantur regio cor-
dis ante prandium per horam.

Sacculus cordialis calidus
℞ florum boraginis et bugl.
ana ℥. ij. been al. et ru. ana ℥. i.
croci ʒ. ß. syrici spirici de gra-
na combusti ʒ. ß. macis cina-
momi gar. coral. ru. ro. ru.
ana ʒ. ß. ossis de corde cervi
ʒ. ß. musci ambre ana gr. ij. gal
lie musc. de sepcione mesue gr. vj.
se. maiorane se. basiliconis
calami aromatici ana ʒ. ß.

pulverizentur omnia mediocriter
et imponatur in sacculo de sin-
done de grana et quando erit
necesse aspergatur dictus sacu-
lus cum aqua buglosse calida
et loco applicetur, De medicinis
infrigidantibus cor,

Medicine simplices infri-
gidantes cor acetosa nenu-
far ros. vio. et earum aque
camphora margarite coralli
sandali omnes iacincti sma-
raldi, carabe, os de corde cervi
rasura eboris spodium lutum si-
gillatum acetositas citri seu
acetose coriandrum acetum,
agresta limonum et citran-
gulorum, citonia, pira, lac
acetosum Composita syr.
de acetositate citri syrupus
de succo acetose, syrupus bo-
raginatus, rosatus, zucarum
buglossatum, zuc. ro. trociscus
diarodon, trociscus de sandal.
trociscus de berberis trociscus
de camphora, trociscus de spodio
cum semine acetose diamargari-
ton diarodon abbatis sine
speciebus calidis triasandali
manus xpi cum perlis.

Epithima cordiale frigidum
℞ aque ro. ℥. iiij. aq. endi. ℥. ij.
sandalorum ru. subtilissime
pulverizatorum ℥. i. coral. ru.
ʒ. i. croci. camphore ana gr. iij.
vel iiij. misce omnia agitando
in ampulla Et cum infra paratur
balnea in ea pecia lini, et facta
expressione applicetur regioni
cordis,

Epithima aliud cordiale
fortius infrigidans ℞ aque
nenufaris aq. ro. aq. acetule ana

ʒ. iii. sandal. ru. coral. rub.
se. acetose ana ʒ. i. aceti ʒ. iii.
camphore gr. iiii. misce omnia
pulverizando et agitando in am-
pula, deinde madefac peciam
lineam et exprime, et loco cor-
dis applica.

Unguentum cordiale frigidum, et
ita mirabiliter operatur calori
febrili sicut venenum operatur
cordi. et infallanter iuvat ad
curandum omnes febres, et
maxime si applicetur post ulles
et debitas purgationes. ℞ olei
de nenufare citrino ʒ. iii. pul-
veris florum de nenufare citrino
ʒ. ii. sandalorum ru. se. acetose
coral. ru. ana ℈. i. ossis de cor-
de cervi, margaritarum novarum
ana ℈. s. camphore gr. iii. misce
omnia pulverizando. et cum mo-
dico cere nove ablute in aqua
ro. vel in aqua florum nenufa-
ris citrini et fiat unguentum, de quo
ungatur regio cordis ante
pastum et ante accessionem fe-
bris per horam, et est res mirabilis.

Sacculus cordialis frigidus.
℞ florum nenufaris ros. ru-
bro. ana ʒ. ii. sandalorum albo-
rum et rubeorum ana ℈. i. s. coria-
dri lambrusce acredule sicce
se. acetose ana ℈. ii. ossis de cor-
de cervi ℈. i. margaritarum
novarum ℈. s. camphore ℈. iii.
pulverizentur omnia medio-
criter et imponantur in sacu-
lo serico de grana, qui postea
applicetur regioni cordis sub
mamilla sinistra: et posset
aspergi aqua ro. vel aqua florum
nenufaris vel aqua acetose, vel
aque endivie et similiter regioni
cordis applicari.

Pulvis cordialis confortativus. ℞
fragmentorum rubini granate
iacincti smaragdi et saphiri mar-
garitarum novarum ana ℈. i. co-
ral. ru. et alborum ana ℈. s. ossis
de corde cervi unicorni ana ℈. s.
musce ambre ana ℈. iiii. foliorum
auri et argenti ana gr. vi. folia
omnia subtilissime pulverizentur
et exhauriantur a pecia, excepto
auro, et argento, que postea addantur.

Mixtura cordialis. ℞ dia-
boraginati diabuglossati ana
ʒ. i. manus xpisti cum perlis ʒ. i.
fragmentorum preciosorum sub-
tilissime pulverizatorum ℈. i. fiat
mixtura et deauretur cum fo-
liis duobus auri et exhibeatur.

Nota quod facta est mentio de fragmentis
preciosis, quod fragmenta preciosa sunt v.
videlicet iacincti, granate, smaragdi,
rubini. et saphiri, aliqui etiam
computant margaritas et corallos
in istis, et sic fragmenta preciosa sunt
septem numero. ut patet. Et nota dato
quod talis dicta mixtura succurrat
precipue cordi, tamen etiam succurrit
aliis membris, ut epati, stomaco,
etiam potest talibus membris
validius succurrere hoc modo, si
vis succurrere hoc modo pectori,
adde dicte mixture de diayreos
vel de penidiis: vel de dragaganto: vel de aliquo loch, et
hoc secundum exigentiam egritudinis.
Et si vis succurrere epati adde de
triasandalis, vel de diarodon
abbatis, vel de diarodon descriptione
nostra etc. vel de speciebus eorum.
et hoc secundum distemperantiam eorum
calidam vel frigidam. Et si vis
succurrere relaxationi stomaci
vel intestinorum potes addere
de zucaro ro. et de mastice. vel
de pulvere mente et de aliis ut patet ibi.

de fragmentis preciosis.

¶ De medicis calefacientibus stomacum

¶ Simplicia calefacientia stomacum
sunt absinthium menta feniculi
spicanardi anisi, et aque earum
aqua mente ciminum galanga
macis gariofili cinamomum piper
amomum, melegete cardamomum.
calamus aromaticus rasturia
squilla stomachus gallinarum ma-
xime cortices interiores.

¶ Composita syrupus de ab-
sinthio syrupus de menta mel
ro. oximel compositum, oximel
squilliticum tyriacha fermentata
metridatum diaciminum dianisum,
dianisum aromaticum ro. aroma-
ticum nardinum rosata novella.
zuccarum conditum muces condite troc. de
ligno aloes troc. de capris suffuf
de ligno aloes suffuf de aroma-
tibus. suffuf diarodon etc.

¶ Unguentum contra debilitatem stomaci.
℞ olei de absinthio olei de spica
ana ℥ i. olei cimino ℥ s. pul.
gariofili galange nucis muscate ana ʒ i.
galliemuscate ʒ i. galliemuscata de scri-
ptione mesue ℈ iiii. pulveri-
zentur pulverizenda, et cum mo-
dico cere fiat unguentum pro unctione
stomaci ante pastum.

¶ Saculus contra debilitatem stomaci
frigidi tantum, ℞ mente sicce ab-
sinthii ana ℥ s. vel ℥ i. pulveris
gariofili nucis muscate cinamomi gala-
nge ana ʒ i. s. galliemuscate de
scriptione mesue ℈ vi. misce
pulverizando grosso modo, et
fiat saculus, qui aspergatur
aqua absinthii, et sic tepidus
applicetur stomaco.

¶ Epithima contra debilitatem stomaci fri-
gidi. ℞ absinthii mente sicce, pu-
legii ana ʒ i. spice squinanti ana
℥ i. pulveris gariofili galange
cinamomi macis nucis muscate ana
℥ i. fiat decoctio in lb. viii. aque
usque ad consumptionem medie-
tatis. deinde in dicta decoctione calida
madefiat spongia, et post expres-
sionem stomaco applicetur.

¶ Unguentum contra debilitatem stomaci ex
humiditate. ℞ olei de spica, olei de
absinthio olei mastici olei ro. ana
℥ i. pulveris absinthii ro. rubee ma-
iorane mente sicce ana ʒ i. pulve-
ris gariofili galange, cinamomi ma-
cis, corallorum rubeorum coriandrorum preparatorum
ana ʒ s. galliemuscate ℈ vi. misce
omnia pulverizando, et cum mo-
dico cere nove fiat unguentum pro unc-
tione stomaci ante pastum.

¶ Saculus contra debilitatem
stomaci propter humiditatem. ℞ absinthii
mente sicce ana ʒ ii. maiorane
sicce pulegii mentastri macis
cinamomi coriandrorum preparatorum
ana ʒ i. terantur omnia mediocriter
et ponantur in saculum, qui aspergatur
cum decoctione anisi carui
et cimini calida, et sic applicetur.

¶ Epithima contra debilitatem stomaci propter humiditatem. ℞
se. ani. cimini feniculi carui ameos
ana ℥ s. absinthii sicci mente, ma-
iorane pulegii siccorum ana ʒ i. s.
galange gariofili cinamomi ana ℥ s.
fiat decoctio in lb. viii. aque
usque ad consumptionem medieta-
tis, deinde in dicta decoctione calida
madefiat spongia et exprime et
stomaco applica inter umbilicum et fur-
culam.

De medicis infrigidantibus stomacum

¶ Simplicia stomacum infrigidantia
sunt rose viole. solatrum portulaca
lactuca, semperviva, et earum aque,
cucurbita, melones, citruli cu-
cumeres pomagranata acetosa ci-
tonia psicia pira agrestia ace-
tositas citri vinum berberis prunelli plantago

sorbe, nepulla. ¶ Composita sunt syrupus acetosus simplex syr. de zu. ro. syrupus de granatis oxizacra diacitonitem de zucco tria sandali diarodon rosata nouella zucc. ro. zucc. uio. troc. de spodio cum se. acetose troc. de caphora troc. de sandal. troc. de berbis.

¶ Vnguentum contra debilitatem stomaci cali. tantum. ℞ olei ro. ℥. iii. uel loco eius pone aliquod ex oleis frigidis sandal. al. et ru. atque citoniorum coriandri preparati ro. ru. se. acetose se. citoniorum berberis ana ʒ. i. pristentur omnia miscendo et cum modico cere fiat vnguentum pro stomaco ante pastum.

¶ Sacculus contra debilitatem stomaci cali. tantum ℞ ro. ru. coral. ru. al. et cit. ana ʒ. i. ß. se. acetose coriandri preparati ana ʒ. i. puluerizentur omnia mediocriter et ponatur in sacculo et aspergatur aqua ro. et loco applicetur.

¶ Epithima contra debilitatem stomaci calidi tantum ℞ aq. ro. succi plantaginis colati ana lb. ß. aceti ʒ. i. sandalorum omnium se. acetose ana ʒ. ß. misce omnia bene agitando. et quando opus fuerit balneatur pecia linea uel spongia in decoctione epithimatis et post expressionem stomaco applicetur.

¶ Epithima contra debilitatem stomaci propter siccitatem ℞ fol. malue, maturi uiol. furfuris ana m. i. flos camo. flos uio. ana m. i. fiat decoctio in bocalibus octo aq. usque ad consumptionem medietatis, in qua infundatur spongia, et facta expressione stomaco applicetur.

¶ Epithima aliud ad idem ℞ olei amigdalarum dulcium olei uio. olei camo. ana ℥. iii. misce et tepidum ponatur in uesica porci que stomaco applicetur.

¶ Vnguentum commune pro stomaco ℞ olei de spica olei citoniorum olei mastici olei uiolati ana ℥. i. pulueris gar. sandal. ru. maris galange cinamomi ana ʒ. i. gallie muscate ℈. vi. misce terenda terantur et cum modico cere fiat vnguentum de quo vngatur stomacus ante cibum.

¶ Vnguentum contra uomitum et relaxationem stomaci ℞ olei mastici olei ro. olei de menta ana ℥. i. olibani mastici ana ʒ. ß. misce sicce coral. ru. acatie terre sigillate ros. ru. ana ʒ. ß. terre terenda, et cum modico cere fiat vnguentum. De medicinis calefacientibus epar

¶ Simplicia calefacientia epar sunt eupatorium, absinthium fumus terre et aq. eorum, spica squinantum cinamomum assarum, radices v. communes calide. s. apii feniculi petrosillini brusci sparagi semen anisi et ameos. ¶ Composita syrupus de eupatorio de absinthio de fumoterre, diaciminum diacalamentum diagalanga stomaticum calidum.

¶ Epithima calefaciens epar ℞ eupatorii absinthii ana m. i. se. anisi feniculi carui ameos ana ʒ. i. ß. spice squinanti cinamomi galange gar. ana ʒ. i. fiat decoctio in bocalibus. 7. aq. usque ad consumptionem medietatis, deinde madefiat pecia linea uel spongia, et sic calida post expressionem epati applicetur.

¶ Vnguentum calefaciens epar ℞ olei de absinthio ℥. ii. succi eupatorii succi absinthii ana ʒ. ii. spice squinanti cinamomi galange gar. ligni aloes ana ʒ. i. gallie muscate ℈. vi. misce terendo terenda et cum modico cere fiat vnguentum.

Sacculus calefaciens epar. ℞ eupatorii sicci absinthii sicci. florum cinamomi. galange squanti ana ʒ. i. s. misce mediocriter terendo terenda et imponantur in sacculo, qui aspergatur cum aqua absinthii, vel eupatorii calida: et calidum applicetur.

## De simplicibus infrigidantibus epar

Simplicia infrigidantia epar endivia, lactuca, portulaca et aque earum ro. solatrum nenufar et aque eorum. spodium sandali camphora acetum berberis et quatuor semina frigida communia maiora. s. cucurbite, melones, cucumeres citrulli, 4or semina minora frigida. s. endivie, portulace, scariole.

Composita: syrupus de endivia syrupus de succo endivie, acetosus simplex ro. de granatis de nenufar mirabolanorum citrinorum ro. Julep ro. vio. trisandali diarodon abbatis descriptione communi troci. de spodio, troci de sandal. troci. de cafora troci. de berberis troci. diarodon.

Epithima infrigidans epar. ℞ aque endivie. ℥. iii. aque ro. ℥. ii. sandal. ru. aceti ana ʒ. ii. spodii. ʒ. i. misce bene agitando in ampulla et infundendo peciam lini que post expressionem regioni epatis applicetur et est maximum post purgationes universales.

Epithima aliud fortius infrigidans epar ℞ aq endivie aque nenufaris ana ℥. iii. vel loco aquarum pot poni aq solatri et aqua ro. spodii. ʒ. i. sandali al. et ru. ana ʒ. i. aceti ʒ. ii. cafore g. iiii. misce terendo terenda et agitando in ampulla, deinde madefiat pecia lini que post expressionem regioni epatis applicetur.

Unguentum infrigidans epar. ℞ olei ro. olei de nenufare ana ℥. i. s. sandal. al. et ru. ana ʒ. ii. spodii. ʒ. i. s. pul. ro. ru. ʒ. i. aceti ʒ. ii. camphore g. iii. potest etiam addi. ʒ. i. vel. ii. mucillaginis psillii. et cum modico cere ablute in aquaro. fiat unguentum ad ungendum epar ante pastum post debitam purgationem.

Sacculus infrigidans epar. ℞ florum nenufaris ros ru. ana ℥. s. sandali al. et ru. ana ʒ. i. s. spodii. ʒ. ii. camphore g. vi. berberis. ʒ. i. s. terantur omnia grossomodo ponatur in sacculo cum aqua ro. vel de nenufare.

## De calefacientibus splene

Simplicia calefacientia splenem sunt scolopendria, tamariscus calamentum nasturtium rubea tinctorum et earum aq capparorum cortices radicis gentiane thimum epithimum aristo. amigdale amare se. anisi cuscute carui, radices .v. calide. s. feniculi apii petro. bruschi sparagi radices finis sini radices acori. Composita syrupus de eupatorio de thimo de calamento sechenia bin de radicibus sechenia bin de keysiz acetum squilliticum diacalamentum diacostum diacapparis troci de cappar.

Epithima resolutiva meteorice splenis ℞ foliorum rute ana. i. meta stri ana s. salis. ʒ. i. fiat decoctio in. lb. iii. aceti albi usque ad consumptionem medietatis, deinde infundatur spongia vel feltrum.

¶ Emplastrum contra duritiem et ventositatem splenis. ℞ ysopi cerotum descriptione filagrii, vel descriptione galieni ʒ. i. ysopi humide ʒ. i. pulveris radicis yreos sucus absinthii apii eupatorii metastri ruthe ana ʒ. ii. corticum radicis caparum tamarisci genestre frassini ana ʒ. i. salis ʒ. i. olei de caparibus vel olei yrini vel olei laurini ʒ. ii. farine fenugreci farine seminis lini ana ʒ. iii. misce incorporando ad lentum ignem, deinde extendatur super pectiam, et calidum applicetur,

¶ Unguentum contra dolorem et ventositatem splenis. ℞ armoniaci bdellii ana ʒ. i. s. infundantur per noctem in aceto et dissolvantur, deinde ℞ piris navalis corticis radicis caparum se. sinapis allei silvestris fol. et corticum scolopendrie ana ʒ. s. mucillaginis se. fenugreci et se. lini ana ʒ. ii. olei de caparibus olei yrini vel laurini ana ʒ. i. s. misce pulverizando pulverizanda et cum cera fiat unguentum pro unctione splenis,

¶ Unguentum contra duritiem splenis. ℞ fol. malve radicis lilii ana ʒ. s. farine se. fenugreci fa. se. lini ana ʒ. ii. caricarum pinguium passularum enucleatarum ana ʒ. ii. pistentur omnia sil. et infundantur per horas. viii. in aceto forti. deinde bulliat in aqua usque ad spissitudinem, quibus addatur unguenti dialtee ponatur de ysopo cerotum descriptione filagrii recentis ana ʒ. s. olei amigdal. dulcium ʒ. ii. vel. iii. et cum modica cera fiat unguentum pro splene,

¶ Sacculus resolvens ventositatem splenis. ℞ foliorum ruthe, metastri calamenti eupatorii absinthii paritarie scolopendrie betonice ana p. s. calefiant super tegula calida aspergendo cum vino albo et potenti et cum modico aceti, deinde applicetur splem in sacculo quam calide pati potest,

¶ Sacculus resolvens ventositatem splenis et ventris, ℞ milii vel panitii furfuris frumenti salis mediocriter triti ana scutellam mediam, misce, et calefiat in caldaria continue movendo deinde reponatur in sacculum qui sic calidus applicetur,

## De medicinis infrigidantibus splenem

¶ Simplicia infrigidantia splenem: lactuca endivia et aque earum sandali spodium acetum, et quatuor semina coia frigida maiora, et similiter minora,

¶ Composite syrupus acetosus simplex syrupus de endivia tria sandali diarodon trociscus de spodio, de camphora, de sandal. de diarodon propterea si dantur cum aquis ad splenem ducentibus,

¶ Nota etiam quod unguenta emplastra epithimata et embrocationes infrigidantes epar, et renes similiter valent videlicet ad infrigidandum splenem,

## De medicinis calefacientibus renes et vesicam

¶ Simplicia calefacientia renes et vesicam saxifraga paritaria pentafilon atthemisia urtica eruca et se. eius

et earū aq. brodiū cicerū ru. Juniperus grana pini spica nardi celtica. Composita dia calamentum, electuariū dulce, electuariū dulce justiniū filo antropos.

Epithima calefaciens renes. ℞ paritarie arthemisie saxifragie an. ana. ʒ. granorum juniperi spice nardi an. ʒ. ii. cubebarū ʒ. i. ʒ. fiat decoctio in lb. vi. aque usque ad consumptionem medietatis, deinde infundatur spongia, vel filtrū, et post expressione renibus applicetur.

Unguentum calefaciens renes. ℞ olei de spica, vel de absinthio vel aliquod ex oleis calidissimis ℥. i. ʒ. ii. nucis muscate gariophillorum granorum juniperi galange ligni aloes an. ʒ. ʒ. misce omnia pulverizado cū cera fiat unguentum.

Sacculus calefaciens renes. ℞ arthemisie florū camomille an. ana ʒ. cubebarū spice nardi pulveris gar. nucis muscate cinamomi squinanti an. ʒ. ii. misce terendo terenda mediocriter ponendo in sacculum. Et quando is operari asperge ipsum cū aqua arthemisie calida vel cū epithimate prescripto, et sic calidum renibus applicetur.

Balneū in dolore renum et vesice vel virge ex lapide quod aperit et mollificat meatus dictorum. ℞ paritarie senationum malve bismalve abrotani caulium an. ana ʒ. ciceris rubei an. ʒ. se. anisi cimini feniculi carui ameos an. ʒ. i. ʒ. tribuli marini se. lini se. fenugreci et altee an. ʒ. i. misce et fiat decoctio in situlis quatuor aque usque usque ad consumptionem 4e partis vel 3e partis deinde reponatur in concha vel alio vase apto in quo sedeat paciens, qui in introitu balnei sumat vini ʒ. i. vel ʒ. ii. ʒ. cum vino albo odorifero et stet per hora magna faciendo de dicto balneo continue embrocationem locis dolorosis semper sedendo in dicto balneo.

De medicis infrigidantibus renes et

Simplicia infrigidancia vesica, renes ut vesicam, nenufar, endivia, lactuca, portulaca virga pastoris papaver album plantago sempervina et aque earum vinum citoniorum quatuor semina frigida maiora et minora. Composita syrupus acetosus syrupus de succo endivie syrupus de nenufare troc. de alkekengi de spodio, de cafora de diarodon de sandalis, oleū mir. ros. de nenufare de papavere et alia olea frigida unguentum galieni unguentum sandalinum.

Epithima infrigidans renes. ℞ aq. ro. lactuce endivie an. ʒ. ii. albumis ovi recentis ansere bene agitando, deinde pecia, vel stupa infusa renibus applicetur. Si autem oportet fortius infrigidare pone loco dictarum aquarum alias aquas magis frigidas sicut est aqua sempervive, aqua umbilicularis et nenufaris et cucurbite addendo etiā grana iii. vel iiii. camphore

Ad renes

et applicetur ut p3.
¶ Unguentum infrigidans renes.
℞ olei ro. ℥ .i. olei violati ℥ .i.
sandal. al. ru. et cit. ana ʒ .i.
camphore gr. iii. aceti ʒ .i ß. misce
et cum modico cere fiat unguentum
pro ustione renum. Et si in renibus
esset magna siccitas quieta
cum caliditate etiam loco olei ro.
esset bonum solum ponere oleum vio.
Et si oportet fortius infrigidare, tunc esset
bonum addere oleum de nenufare
vel de aliis oleis magis frigidis et
de succo semperuive, vel de aliis succis
frigidis. ¶ Unde nota quod epithimata
embrocationes sacculos. unguenta
bona pro estate etiam valent in infrigidatione
renum.

¶ Restrictivum pro renibus
contra periculum aborsus et
contra fluxum menstruorum.
℞ pulveris boli armeni mirtillorum
sanguinis draconis terre
sigil. ana ʒ .i. albumina duorum
ovorum recentium misce omnia
bene agitando cum spatula deinde
stupam madefactam in aceto
et expressam emplastra cum dicta
compositione, et applica renibus.
Si autem oportet fortius restringere
posset addi de troc. de terra sigil.
et acatia de pulvere emathites.
Et similiter de succis frigidis et oleis
frigidis, omnia patent bene considerantibus.
De mediciis calefacientibus matricem.

¶ Simplicia calefacientia matricem
arthemisia savina pulegium
calamentum ruta rubea tinctorum
et aque earum iuniperus
nux muscata mirra sagapinum
assa oppoponacum muscus.
¶ Composita syrupus de
arthemisia syrupus de calamento.
diacalamentum diabra

trifera magna electuarium
ducis elix dulce. iustinum filo
antropos.

¶ Balneum calefaciens matricem.
℞ arthemisie savine rubee tinctorum
florum camomille ana ℳ .i. absinthii
calamenti montani origani
ana ℳ .ß. calami aromatici
spicenardi squinanti rute se. ana
maratri anisi siseleos ana ℥ .ß.
fiat decoctio in situlis quatuor
aque usque ad consumptionem 3e partis
vel medietatis, deinde ponatur
in concha vel alio vase apto
et intus mulier sedeat usque ad
umbilicum: et dum stat in balneo
post decoctis rebus facere sacculum:
et super ipsum in dicto balneo
sedere, et sic stare potest usque
ad magnam horam. et continuare
ad dies secundum necessitatem.

¶ Stupha calefaciens matricem. similiter fit cum rebus prescriptis et modo prescripto.
Sed non oportet quod mulier intus
sedeat: sed quod fumum dicti balnei
per scrinium perforatum ad partes pudibundas
recipiat bene se circumvoluendo pannis ne fumus
exeat, et sic quiescat per horam.

¶ Pessarium nobile provocans
menstrua. ℞ se. iuniperi ℥ .ß.
radicis gentiane ʒ .iii. radicis
rubee tinctorum origani ana
℥ .ß. nigelle colloquintide ana
ʒ .ii. misce et fiat decoctio in
bocali vino aque ad consumptionem
medietatis et coletur,
deinde addantur colature succi
mercurialis ℥ .ii. succi cucumeris
asinini ℥ .i. trifere sine opio, benedicte
carnium ficuum pinguium

Calefacientia matricem.

an. ʒ. i. et diligentissime misceantur, deinde formetur pessarium de bombice ad formam magni digiti cum filo longo apposito: et quando erit necesse balneetur in dicto liquore, et imponatur secundum formationem ligando filum ad coxam: et si opportet ut fortius operetur, recipe rubee tinctorum mirre croci an. ʒ. ii. colloquintide euforbii an. ʒ. i. misce et fiat pulvis, de quo ante applicationem asperge, deinde pessarium ut supra applicetur.

Unguenta calefacientia matricem sunt unguenta confortantia renes et calefacientia que dicta sunt loco suo. Et locus unctionis matricis ab extra est pars que est inter caudam et renes et in parte anteriori pectenis i. supra pudibundam.

## De medicinis infrigidantibus matricem.

Simplicia infrigidantia matricem nenufar endivia ro. lactuca sempervivum cucurbita portulaca virga pastoris papaver album et earum aque, vinum citoniorum et omnia semina frigida maiora et minora. Composita syrupus de endivia syrupus acetosus simplex: et etiam alii syrupi frigidi si dentur cum ducentibus ad matricem: Et similiter trocisci infrigidantes epar splenem renes et vesicam ad hoc competunt si dentur cum rebus aliquibus ducentibus ad matricem ut supra.

Balneum infrigidans matricem. Recipe endivie lactuce ro. florum, nenufaris virga pastoris papaveris albi fol. salicis foliorum vitis portulacis uvas albas an. m. i. malve bismalve cum radicibus malvarum an. m. i. se. melonis cucurbite, cucumeris citruli, endivie portulace lactuce scariole an. ʒ. i. misce et fiat decoctio in situlis quatuor aque usque ad consumptionem 3e partis, deinde in dicto balneo tepido in vase apto et stomacho ieiuno mulier sedeat discoperta pannis ne sudet, et sic stet per magnam horam, et si necesse fuerit sic continuet per plures dies.

Unguenta infrigidantia matricem sunt unguenta dicta que infrigidant caput et renes etc. Et debent applicari ut supra videlicet in loco qui est inter caudam et regiones renum et in parte anteriori supra pudibunda.

## De medicinis calefacientibus matricem.

Simplicia calefacientia matricem. salvia rosmarinus ruta nasturcium pyrethrum. sticados arabicum. camomilla, mellilotum et aque earum hermodactili costum ʒʒ. sinapis. squilla. castoreum, euforbium armoniacum storax liquida, mirra. stercus vaccarum oleum petroleum, oleum filosoforum oleum balsaminum, oleum de terbentina, oleum de iunipero. et similiter alia olea simplicia calida et composita. Composita syrupus de sticados syrupus de acore acetosus compositus oximel squilliticum confectio anacardina diazinziber electuarium de diacori etc.

Oleum vulpinum et alia olea calida. i. oleum de ramis de frassino de gariofilis de euforbio de piperibus etc. Simpl. de sinapi mesue, ceroti

andromaci factum ex .xii. medicinis. cerotum diapente. unguentum de bdellio.

Unguentum nobile calefaciens uncturas. ℞ olei antiqui malvaticei ana ℥ iiii. se. ruthe abrotani ana ℥ ii. euforbii ℥ i. castorei ℥ s. pistentur pistenda diligenter et simul decoquatur usque ad consumptionem malvasie et cum cera nova fiat unguentum

Unguentum calefaciens uncturas. ℞ olei vulpini olei de piperibus vel olei de frassino ana ℥ i. succi salvie succi absinthii succi ruthe ana ℥ s. baccarum lauri iuniperi castorei ana ℥ i. s. misce terendo terenda, et cum modico cere fiat unguentum.

gentilis. Unguentum aliud gentilis, quod mirabiliter calefacit nervos et iuncturas. ℞ anserem unum supra annum qui deplumetur et eviscеretur et lavetur cum vino puro. deinde accipiatur media vulpis et medius gattus pinguis videlicet carnes eorum et cum ossibus contundantur et addatur eis terbentine sapini bdellii armoniaci mastici exsiccatorum ana ℥ s. salvie domestice rosmarini ana ℥ i. se. iuniperi ℥ s. castorei ℥ i. s. misce et ex hiis impleatur corpus anseris vel duorum anserum, et diligenter suatur, deinde ponatur ad assandum in veru cum igne temperato facto de lignis lauri iuniperi et cipressi: vel de lignis vitis, et primum quod exit aquosum proiciatur, quod nihil valet, reliquum vero quod descendit collige diligenter.

Balneum sive stupha vel embrocatio calefaciens iuncturas. ℞ salvie, rosmarini, mentastri pulegii nasturcii. florum camomille, melliloti sticados arabici foliorum lauri ruthe pyretri ana ℥ i. se. anisi feniculi carui. ameos petros. cimini ana ℥ s. misce et fiat decoctio in situlis 4or aque usque ad consumptionem 3e partis: deinde si nisi fuerit balneum cola in vase pro toto corpore apto vel pro iunctura secundum intentem et tempore… et post debitas purgationes eger intret totus, aut ponat membrum egrotum et diligenter cohopiatur pannis et sic quiescat usque ad horam vel post: et in exitu balnei post exsiccationem et tersionem fiat inunctio iuncturarum cum aliqua ex predictis unctionibus. Si autem nisi fuerit stupham colloca dictum balneum in vase apto, ita quod membrum vel membra solum fumum et calorem recipiant bene et diligenter cooperiendo pannis ne fumus exeat quantum possibile est, et post hoc fiant dicte inunctiones ut supra. Si autem nisi fuerit facere embrocationem embrocacium dicta decoctione calida faciendo cadere ab alto super membrum et iterum postea fiant inunctiones.

## De medicinis infrigidantibus iuncturas.

Simplicia infrigidancia iuncturas, lactuca, endivia. solatrum semperviva iusquiamus sempervivum ro. viola et earum aq. folia salicis. folia vitis granata mirti bolus ar. san. ara. albumen ovi. mucillago psillii terra sigillata acacia acetum. Composita syrupus ro. acetosus simplex syrupus limonum de endivia, et alii si dentur cum directivis ad iuncturas. Olea frigida et unguenta frigida sunt sic populeon

unguentum album galieni. unguentum sandalinum. oleum ro. uio. mandragorinum de nenufare.

¶ Balneum uel embrocatio infrigidans uncturas. ℞ Jusquiami florum nenufaris psilatri lactuce semperuiue. foliorum uitis albe, fol. salicis, ros. uiol. an. m. j. se. melonis, cucumeris, cucurbite, citruli, se. lactuce. portulace, endiuie, frauole an. Ʒ.s. decoquantur in situlis quatuor aque usque ad consumptionem tertie partis et in dicto balneo tepido ponatur incture uase discohoperto ne sudet. ¶ Et si uis embrocare embroca faciendo dictam decoctionem cadere ab alto. ¶ Et aduertatur semper quod ista et alia balnea embrocationes, unctiones, et alia loca regulariter non debent fieri nisi post purgationes uniuersales, quia tunc melius et uirtuosius operantur. ¶ Et unctiones infrigidantes caput et renes et alia membra infrigidant similiter uncturas: et debent applicari ut supra dictum est.

## Sequitur rubrica de restauratiuis.

¶ Restauratiuum in forma liquida. ℞ caponem unum unius anni et mediocris pinguedinis deplumetur et euisceretur sine aqua: et amotis pedibus et rostro incidatur in frustris magnitudinis nucis, que frustra cum ossibus ponantur in cordam uel tubeam de sirico, deinde accipe ex aliquibus aquis conuenientibus in casu. Ʒ.ij. fragmentorum preciosorum subtilissime puluerizatorum. Ʒ.j. aspergantur dicta frustra cum dictis aquis, primo ponendo dedicto puluere inter frustrum et frustrum. Quo facto ponatur in amphora uitri paulatine primo imponatur in amphora ducatos. x. uel. xx. post uero imponere cum duobus capitibus corde trahatur totum in superiori parte colli amphore, ita ut nichil carnis tangat fundum et nichil tangat neque exeat: quare diligentissime obserua obtura os amphore cum petialinis et bombice bene sigillando, ymo cum pelle capre si placet et circumuoluendo cum capitibus corde, ita ut nichil ad fundum cadat. Quo facto pone ad decoquendum in caldario pleno aqua tali modo quod amphora sit cooperta in aqua usque prope per duos digitos ad clausuram orificij quod ebulitionem non moueatur sed quiescat et hoc fit cum duobus baculis lateraliter ligatis ad capita baculorum uel situatis super baculos et supra ripas caldarij: sic autem decoquendo distillabit per descensorium liquor mirabiliter restaurans, de quo si placet cum zucaro potest fieri Julep et sic magis placabile redditur restauratiuum, Similiter etiam restauratiuum potest fieri de fasianis et perdicibus, ut patet.

¶ Restauratiuum aliud in forma liquida. ℞ capones uel fasianos uel perdices, et post deplumationem et euisceratione sine aqua ut supra capellentur minutissime et ponantur ad distillandum ad alambicum uitri in balneo marie, uel supra fornellum in cineribus cum igne lentissimo, quod ante

inde distillabitur detur restaurando. et si placet ut supra dictum est ex ipso potest fieri julep cum zucaro albo, quia redditur magis placibile,

Restaurativum aliud in forma liquida. ℞ sanguinis hominum iuvenum et sanorum extracte per flobotomiam lb. ii. vel plus radicis celidonie bene ablute cum vino trite et exsiccate mediocriter ad umbram lb. s. misce ponendo ad distillandum cum igne suavi in alembico vitri, quod autem distillabitur cum infrascriptis ℞ macis galange cinamomi, nucis muscate ligni aloes gariofilorum an. ʒ. s. cum sufficienti quantitate zucari fiat julep mirabiliter restaurans.

Similiter etiam alia suprascripta restaurativa cum hiis dictis aromatibus possunt aromatizari. et erunt magis delicata

Restaurativum in forma solida. ℞ caponem unum vel fasianum: vel perdices duas et post deplumationem et eviscerationem decoquantur completa decoctione donec caro ab ossibus separetur, tunc ℞ de pulpis ipsorum lb. i. et minutissime pistentur quantum possibile est deinde ℞ macis cardamomi cinamomi gariofilorum nucis muscate galange, cubebarum gummi arabici dragaganti an. ʒ. i. amigdalarum dulcium mundatarum passularum dulcium enucleatarum succi liquiritie anisi an. ʒ. ii. se. melonis cucumbite citruli se. lactuce endivie. portulace scariole papaveris albi an. ʒ. s. terantur omnia diligentissime miscendo cum prescriptis pulpis. et cum lb. i. zucari albi clarificati cum aqua ro. fiat confectio in morsellis et drageati potest,

Restaurativum aliud in forma feculi vel in forma solida, ℞ molene panis recentis et boni frumenti. ʒ. iii. infundatur in prescripto brodio. vel in aliquo ex restaurativis in forma liquida. et post completam imbibitionem minutissime dividatur trahendo per crebrum pulparum caponis vel fasiani, vel perdicis coctarum et pistatarum ut supra. ʒ. iii. amigdalarum dulcium mundatarum pinearum mundatarum an. ʒ. ii. passularum ʒ. i. s. macis cinamomi galange mulsimg. an. ʒ. s. vel. i. manus xpi cum perlis ʒ. s. pulverizentur pulverizando subtilissime et cum sufficienti quantitate brodii: vel cum aliquo ex prescriptis restaurativis in forma liquida quantum sufficit fiat feculum de quo restaurandus accipiat in potu. gmestione: Et si ex predictis facere vis confectionem in forma solida recipe omnia predicta antequam distemperentur cum brodio et cum lb. s. zuchari albi primo clarificati cum aqua ro. fiat confectio in morsellis, de qua accipiat restaurandus ante cibum ʒ. i. vel plus ad bene placitum

Restaurativum in forma solida, ℞ ex pulpis caponum vel fasianorum

uel pdicam bn̄ coctis et minutis-
sime pistatis ut supra. ʒ. vi. ex
aliquo de restaurantibus in for-
liquida. ʒ. iiij. uel. vi. amigdal.
dulc̄ excorticatarum pinearum
mundatarum an̄. ʒ. ij. amid. pistul.
enucleatarum an̄. ʒ. i. s. succi liq-
ritie dragagantum gum̄i arabici
an̄. ʒ. i. quatuor se. co. frigidorum
excorticatorum. ʒ. s. maris cina-
momi galange gar. mirosini.
cardamomi piluerisi coriādri
an̄. ʒ. i. misce minutissime terē-
do terenda et cum lb. i. zuchari fi-
nissimi. fiat confectio in morsell.
si placet cum foliis auri deauret.
liquefiat pmo zucarum clarifi-
cando et decoqndo cū aqua ro.
et cum igne suaui et imponend.
predictus puluis ac etiā bn̄
miscendo cum pistello uel spa-
tula, tunc post decoctionē zuc.
deponatur ab igne dimittendo
aliquantulum frigerari, quo frē
sponatur aromata et omnia a.
predicta qīc miscendo cū pistel
lo et bn̄ incorporando: et dum
totum coagulatum fuit ante
indurationem cū spatula z cul
tello ligneis incidantur in mor-
sellis qui post infrigidationem
balneando cū spongia hunda
ex aqua ro. cum foliis auri uel
argenti decorentur.

Explicit antidotarium magistri
Antonii guaynerii artiū z medi-
cine doctoris papiensis, deo gras.

Amen.

